



## Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

## Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

## Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>



4 Astr. P.

58<sup>c</sup>

Brahe







Tychonis manus exempla.

Pag. 1.  
Die præcipito statim post occasum sois offor  
marius ~~de~~ Tychonis fo. Cœlestam apparetur vix  
sois Octo. Inter solem & Luna. Crimam  
Cœli statim diffinita a Q accepit par. 18 M 50  
hora. Diffinita est pomeridiana!

Pag. 28.

Ingratius ~~ad~~ non sibi a Velding  
Invenit p. 10 M 52 confititur  
N. fore festa <sup>in</sup> lato. Em. Veldini Invenit. Et  
Cœlestia quæq; Engl' equalis latitudi  
Ipse Gallula regia in Veldini confitetur  
in <sup>in</sup> lato agit ratiæ in linea unit  
tum & caput 98j mæsi 45 min  
paxi sexuæ quo adij in æquæ alne  
ab extremitate c<sup>o</sup> linea 98j.

Pag. 29.

Pendentes observationes omnis fuc effimeræ  
a die 20 usq; m 27 Hulsiæ annis p. re  
dimic <sup>1/3</sup> cœlestes Pendentes & polares ab  
solarum cœlestes spissæ datus usq; in  
die 28 quo dies apertus damp mæsi

TYCHONIS BRAHE DANI

# OBSERVATIONES SEPTEM COMETARUM

EX LIBRIS MANUSCRIPTIS QUI HAVNIAE IN MAGNA  
BIBLIOTHECA REGIA ADSERVANTUR

NUNC PRIMUM EDIDIT


F. R. FRIIS.

---

ACCEDUNT V TABULAE LAPIDI INCISAE.

---

HAVNIAE  
EXPENSIS CHR. STEEN & FILII  
EX TYPOGRAPHIA BLANCI LUNI  
PROSTAT LIPSIAE APUD GUIL. ENGELMANN  
MDCCCLXVII.



## Praefatio.

---

Quum saepius antehac cogitatum fuerit, universas Tychonis Brahe observationes astronomicas manuscriptas typis edere, tamen neque unquam factum est, neque facile posthac fiet, quum propter operis difficultatem, tum quia pleraeque observationes jam dudum satis fere pertractatae sunt; Cometarum tantummodo observationum, etsi aliqua pars jam antea typis descripta et tractata est, editionem quam accuratissimam et integrām, ex libris manuscriptis factam, etiam nunc magnae utilitati fore et ab astronominis bene acceptum iri, putavimus.

Antequam ad singula, quae de nostra editione dicenda erunt, transeamus, haud alienum esse videtur pauca de fatis observationum scriptarum Tychonis et qui eos edendi conatus facti sint, praemittere.

Tychonem Brahe, relicta patria, quae sero demum merita ejus perspexit, ad externos fugere coactum, Rudolphus Secundus Imperator laetus exceperat; qui etsi maximis honoribus eum affecit et maria montesque pollicebatur, tamen neque patriae amissae Tycho oblivisci poterat neque diu Principis beneficiis usus est; nam die 24 Octobris (st. n.) anno 1601, quinquaginta quattuor annos et decem menses nat s, strenuae vitae curriculum Pragae conficit. Multa effecerat multaque sine dubio adjecisset, si providentia ei longiorem et tranquilliores vitam concessisset. Gratia Caesaris parum ad heredes ejus transisse videtur, qui rerum necessitate coacti sunt, quae pater reliquisset, instrumenta et libros Caesari vendere. Coorta autem controversia, utrum Caesar an Ordines Bohemiae pretium solverent, quoniam hi contendebant, Caesarem illas res delectationis suaem emptas ex re sua solvere debere, heredes diu vanis promissis ducebantur et parva modo pecuniae pars numerata esse videtur. Observationes scriptas, quas heredes optimum patrimonium existimabant, Keplero crediderunt, qui aliquamdiu Tychonem adjuverat, et cui mandatum erat, ut opera ejus continuaret et praecepit tabulas Rudolphinas absolveret; qui qua industria et quo exitu thesauro sibi credito usus sit,

satis constat. Is jam de his observationibus edendis cogitaverat; quum autem mortuus esset anno 1630 neque eas edere potuisset, manuscripta penes filium Ludovicum Keplerum medicum manserunt et facile dispersa essent, nisi, ut videtur anno ante mortem suam, regi Daniae ea vendidisset. Havniam certe ante diem 20 Junii anno 1662 pervenerunt<sup>1)</sup>.

Fridericus Tertius, Rex Daniae, Princeps doctus et literarum amantissimus, scripta haec edenda curare decrevit, quod opus Erasmo Bartholino, mathematico et medicinae professori, mandavit. Manuscripta igitur Tychonis die 20 mensis Junii anno 1664 Bartholino tradi jussit, qui eodem die accepta ea testatur. Anno 1666 inchoatum est opus, liberalitate sane regali adjutum. Die 25 mensis Junii hujus anni imperatum est, ut magna vis chartae ad libros typis exarandos compararetur. Sexcenti thaleri dan. ex arcis ecclesiarum danicarum sex studiosis, qui ad libros describendos adhibebantur, attributi sunt; quod quum non satis esset, anno cum dimidio elapso, altera tanta pecunia indidem numerata est. Bartholino ipsi grandis honor habitus est. Die 14 Decembris anno 1667 ornatus est nomine Mathematici Regii et fructu agri aliquanti, et praeterea aliis sensim magnis mercedibus.

Bartholinus igitur opus aggressus<sup>2)</sup>, postquam manuscripta describere coepit, comperit, ea jam magna ex parte edita esse ab Alberto Curtio (vel ut ipse se nominat, Lucio Baretto) libro, qui inscribitur «Historia coelestis ex libris, commentariis et manuscriptis observationum vicennalium Tychonis Brahei», Pars I, Viennae MDCLVI; Pars II, Aug. Vind. MDCLXVI in fol. Hoc opus cum autographis collatum Bartholinus invenit plenum errorum esse, quamobrem librum edidit, quem inscripsit «Specimen recognitionis nuper editarum observationum astronomicarum Tych. Brahe, in qua recensentur insignes maxime errores in editione Augustana Historiae coelestis Anni 1582, ex collatione cum autographo S. R. M. Frider. III animadversi ab Erasmo Bartholino Mathematico Regio.» Hafniae. 4<sup>to</sup>. Dedicatio ad regem die 20 Januarii anno 1668 scripta est. Praeterea quum invenisset, in editione Baretti deesse omnes observationes inde ab anno 1563 usque ad 1582 et anno 1593 factas una cum universis Cometarum observationibus, eas, quae jam a Baretto editae erant, quum non opus esset ex integro describere, exemplari hujus libri cum autographo collato emendationes a Bartholino ipso adnotatae et, quae deerant observationes, n supplemento descriptae sunt. Ex hoc exemplari universarum observationum Tychonianarum, ita effecto et ab ipso Bartholino collato, rursus integrum exemplar exscriptum est, quod et ipsum cum autographis primum ab Olo Roemero, qui tum Bartholinum adjuvabat, et postea a Bar-

<sup>1)</sup> Werlauff, Historiske Efterretninger om det store kongelige Bibliothek i Kjøbenhavn. Secundae editionis pag. 51, quo in libro pleraque, quae hic attulimus, inveniuntur. Gassendi in Vita Tychonis Brabei Ed. 2 pag 209 inter alia narrat, L. Keplerum ipsa autographa Tychonis, una cum plerisque parentis manuscriptis operibus, Dantiscano senatui voluisse oppignerare, certas autem quasdam ob causas rem acceptam non esse.

<sup>2)</sup> De suscepto, progresso, finito hoc opere Bartholinus relationem sua manu danice confectam reliquit, quae descripta est apud Werlauff 1. c.

tholino et Roemero conjunctis collatum est. Hoc exemplar Bartholinus commemorat anno 1670 absolutum esse. Mortuo autem eo ipso anno Friderico III, editio cohibita est<sup>1)</sup>. Picardus, astronomus Gallus, quum insequeute anno, ut differentiam longitudinis Parisiorum et Uraniburgi exploraret, in Daniam venisset, et hac occasione opera Tychonis inedita cognovisset, sine difficultate impetravit, ut quum exemplar Bartholini tum ipsa autographa sibi crederentur, quae ipse omnia Parisiis ederet. In descriptione itineris Bartholini opere digna laude commemorato, addit, se in gravissimis rebus, quas itinere suo effecerit, ponere, quod permitteretur sibi manuscripta Tychonis Brahe Parisios secum ferre<sup>2)</sup>. Ex imperio Regis Christiani V die 11 Januarii anno 1672 confecto Bartholinus libros Olao Roemero tradidit, qui Picardum in Galliam secutus eos Ottoni Rantzau, legato extraordinario Danico, mandaret, ut, quandocunque opus esset, in editione adhiberentur, absoluto autem opere libri in Daniam remitterentur. Exemplar Bartholini contra Picardo mandatum est<sup>3)</sup>. Autographa igitur Tychonis et posterius exemplar Bartholini in Galliam delata sunt, prius autem (exemplum, quod commemoravimus, Baretti Historiae coelestis, adscriptis emendationibus ornatum, et supplementum huc pertinens) in Dania mansit. Opus Parisiis prelo subjectum mox refrixit, partim propter tumultus belli, partim mortuo Colberto anno 1683 et Picardo 1685. Dicuntur tamen 68 vel 88 paginae typis exaratae esse, observationes usque ad annum 1582 factas continentes<sup>4)</sup>.

Multi deinde anni transierunt, antequam in Dania viri dd. manuscriptorum Tycho-nianorum meminerunt. Sed difficultates jam haud parvas habebat investigato, ubi essent, ea recuperare. Anno 1696 extremo Wolfen, ejus vice fungens, qui bibliothecae praepositus erat, jussu Regis ea quaerere coepit, qua de re Fredericum Rostgaard, qui tum Parisiis versabatur, aggressus est. Hic tandem in observatorio apud Lahirium ea invenit<sup>5)</sup>. Quo

<sup>1)</sup> Ex epistola Laur. Fossii ad Bartholinum scripta Lugduni Batavorum die 12 Januarii a. 1679 (st. n.) et quae apud Werlauff p. 411 inventur, apparet, primum cogitatum fuisse, ut «Brahei opera et observationes» Amsterdami apud Blaeium typis describerentur.

<sup>2)</sup> Picard, Voyage d'Uranibourg. Paris 1680 fol. p. 4 et 5.

<sup>3)</sup> Picardus his verbis libros acceptos testatur:

•Je confesse avoir reçu de Monsieur Erasme Bartholin les observations de Tycho Brahe, escriptes au net en cinq volumes in folio depuis l'année 1563 jusques à 1601 avec les observations des Comètes, à condition qu'elles seront imprimées à Paris au Louvre aux dépens du Roy de France, et quant à la Déication et préface elles seront faites par le dit Sieur Bartholin. Je promets aussy, qu' incontinent après l'ouvrage achevé d'imprimer, il en sera fourny cinquante exemplaires, qui seront mis entre les mains de qui l'on voudra. Fait à Copenbagne le 2 Auriil 1672.  
Picard.

<sup>4)</sup> Astronomie par Jérôme le Français (La Lande), 3 Edit. T. I. pag. 157, ubi legitur: «De l'Isle m'a fait voir 68 pages, qui furent imprimées, et qui vont jusqu'à 1582, mais elles n'ont jamais été publiées, et c'est probablement le seul exemplaire, qui ait été conservé; il avoit passé à la Hire apres la mort de Picard, et de l'Isle l'aquit à la mort de la Hire». (Conf. autem notam sequentem).

<sup>5)</sup> Werlauff p. 57. Cfr. Dänische Bibliothek T. VIII p. 684. In epistola quadam Rostgardiana ad Wolfen die 10 Maii 1697 scripta, inter alia legitur:

•Quant aux Manuscrits de Tycho Brahe, j'avois cru avoir appris tout ce que l'on auroit pu desirer là dessus; mais appréhendant pourtant, que le mémoire, que l'on m'avoit donné, ne fust pas tout à fait fidèle,

facto rex die 13 Julii anno 1697 Meyercrone, legatum Danicum, jussit quaerere, viveretne etiamtum Picardus (jam anno 1685 mortuus erat), et, si viveret, manuscripta ab eo reposcere, si autem mortuus esset, a ministris. Qui multum tergiversati manuscripta Meyercrone tradiderunt, cuius redditu bibliotheca regia anno 1707 ea recuperavit. Exemplum tamen Bartholini in Gallia remansit<sup>1</sup>).

Saeculo post in Dania iterum cogitatum est de plena editione scriptorum omnium Tychonis Brahe aut saltem observationum typis nondum expressarum; sed ne haec quidem effecta est. Christen Hee Hvass, a consiliis justitiae, fere anno 1764 cum societate bibliopolarum Britannicorum egisse dicitur de operibus Tychonis Brahe ad editionem cogitatam operum omnium Ptolemaei, Copernici, Tychonis Brahe exhibendis. Qui etiam anno 1780 vel 1781 iter fecit Parisios, ut exempla, quae ibi essent, conferret. Die 24 Decembris anno 1777 petivit, ut incepti causa manuscripta Tychoniana in tempus sibi traderentur, ita tamen ut singula acciperet volumina. Qua re impetrata, opera typis exscribi copta, res autem conversione regni Gallici interrupta esse dicitur<sup>2</sup>).

Manuscripta ad nostrum opus adhibita, quae observationes Cometarum Tychonis Brahe continent et in biblioteca magna regia Havniensi servantur, haec sunt:

1) Manuscriptum in 4<sup>to</sup>, observationes septem Cometarum omnium continens.

2) Exemplar superioris et ipsum in 4<sup>to</sup> scriptum. Videtur confectum esse Tychonis Brahe vel saltem Kepleri tempore, sed librarius propter ignorantiam rei non semper archetypum legere potuit.

3) Magnum volumen in folio scriptum, observationes Tychonis Brahe annis inde

comme je vous l'ay écrit dans ma dernière lettre, je me suis avisé de faire de nouvelles recherches. Et après plusieurs courses j'ay enfin heureusement découvert les Manuscrits en question, dans le même endroit, où l'on m'avoit déjà nié qu'ils y estoient, c'est à dire à l'observatoire, chez Mr. de la Hire, Professeur en Mathématiques. Mais je ne les aurois jamais trouvé, ni pu les voir, si je n'avais prié Monsieur l'Abbé Bignon (qui a une espèce d'Intendance sur tout ce, qui regarde la littérature) de me dire, entre les mains de qui ils estoient, puisque Mr. de la Hire m'avoit assuré, qu'ils estoient à Paris bien gardés, et qu'ils n'estoient point perdus. Il me renvoya à l'observatoire, disant, que c'estoit Mr. de la Hire lui même, qui les avoit sous sa garde, et me chargea de lui dire de sa part de me les faire voir.

Je vis donc à la fin le 4 de ce mois dans la chambre du dit Sr. de la Hire les Manuscrits de Tycho Brahe, et je trouvay sept volumes in folio, sept volumes ou paquets in quarto gros et petits, et un volume in octavo, avec deux brochures in folio et une brochure in quarto. Il y avait outre celà une copie de ces sept volumes in folio, que Mr. Picard doit avoir fait faire, aux dépens du Roi Très chrestien, et sur laquelle par conséquent nous ne pourrions faire aucune prétension. Mais ils n'ont point de copie des autres volumes.

Monsieur de la Hire me montra en même tems ce, qui l'on a commencé avant l'année 1582 à imprimer ici au Louvre des observations de Tycho Brahe sur de grand et beau papier in folio. Il seroit à souhaitter, que l'on eut continué cet ouvrage, qui finit à la lettre Y à la page 88, et l'on auroit pu dire, que l'on n'y avoit pas épargné des soins, ni des dépenses, mais que la beauté de l'édition égaloit la bonté de l'ouvrage».

<sup>1)</sup> La Lande l. c. Hic plura commemorant exempla, quorum uno Pingré usus est; vide ejus Cométographie (Paris 1783, 4<sup>to</sup>) T. I. p. 517.

<sup>2)</sup> Werlauff p. 195—197. Cfr. F. Hvass, Samling af Meddelelser om Personer og Familier af Navnet Hvass. T. I. p. 9—10, 89, 91—92, T. II p. 176. — Bugge, Reise til Paris p. 384.

ab 1582 usque ad 1586 factas continens. Major pars observationum statim literis consignatarum Cometae anni 1585 in hoc volumine reperitur, unde in manuscriptum in 4<sup>to</sup> primo loco positum translatae sunt.

4) Alterum manuscriptum in folio, quod observationes originales Cometarum annorum 1590 et 1596 solas continet.

5) Erasmi Bartholini supplementum in folio, quod supra commemoratum est. Hoc manuscriptum summo studio et diligentia confectum est. Tamen notandum est, collationem cum archetypis a Bartholino susceptam vix perfectam esse videri, quum errores aliquot a librario orti remanserint.

Manuscripta jam commemorabimus ad singulos Cometas spectantes, ita ut brevitatis causa suo quodque numero signemus.

Observationes Cometarum annorum 1577 et 1580 primum in ipsis nocturnis observationibus in manuscripto 1 adnotatas esse, ipsa conditione manuscripti appetit. Maxima ex parte manu ipsa Tychonis scriptae sunt.

Constat, Tychonem ipsum cogitationes suas de Cometa anni 1577 publicasse libro, qui inscribitur: «De mundi aetherei recentioribus phaenomenis», qui liber ex ipsius officina typographica Uraniburgensi primum prodiit a. 1588<sup>1)</sup>.

Si manuscriptum vel nostram editionem cum libro a Tychone edito conferas, invenias, hunc non omnes ejus observationes Cometae anni 1577, sed selectas modo continere et raro eas exhibere ita, ut primum notatae sint, sed saepius nonnullis rebus mutatis, nonnullis etiam additis ex notis, quas postea in manuscripto adjecerit. Tychonem cogitationes suas de reliquis quoque Cometis a se observatis edere in animo habuisse, ipse compluribus locis epistolarum commemorat.

Quae in manuscripto 1 de Cometa anni 1582 reperiuntur, ex majore parte a discipulo aliquo Tychonis scripta sunt. Videtur esse exemplar transscriptum vel sine lituris descriptum, ad quod Tycho ipse additamenta aliquot adjecerit, sed archetypum reperire non potuimus.

<sup>1)</sup> Exempla aliquot hujus libri hunc habent titulum: «Tychonis Brahe Dani de mundi aetherei recentioribus phaenomenis liber secundus, qui est de illustri stella caudata ab elapo fere triente Novembribus anno MDLXXVII usque in finem Januarii sequentis conspecta. Uraniburgi cum Privilegio», et in ultimo folio: «Uraniburgi in insula Hellesponti Danici Hvenna imprimebat Authoris Typographus Christophorus Welda. Anno Domini MDLXXXVIII». Qui liber compluribus locis epistolarum Tychonis Brahe commemoratur (vid. ex. gr. Epistolarum astronomicarum pp. 104, 105, 120). In aliis exemplis libri «De mundi aeth. rec. phaenom.» in titulo legitur: «Typis inchoata Uraniburgi Daniae, absoluta Pragae Bohemiae MDCIII. Cum Caesaris et Regum complurium privilegiis», et in aliis «Exaudi primum coepitus Uraniburgi Daniae, ast Pragae Bohemiae absolutus. Prostat Francofurti apud Godefridum Tampachium MDCX», sed haec quoque ad primam pertinent editionem, ita ut initium solum denuo typis exscriptum sit. Sed anno 1648 hic liber simul cum ejusdem scriptoris libro, qui inscribitur: «Astronomiae instauratae Progymnasmata Lib. I» (sive de nova stella anni 1572) Francofurti denuo typis exaratus et sub titulo: «Tychonis Brahe opera omnia» editus est. Hac posteriore editione minus accurata Pingré usus est (vid. ejus Cométographic. T. I p. 517).

Pleraque observationes Cometae anni 1585 initio scriptae sunt in codice 3 in folio. Hic observationes a die 18 usque ad diem 23 Octobris incl. factae in ipsis nocturnis observationibus notatae sunt, aliis observationibus astronomicis mixtae, et brevi post (aut eodem fere tempore) in manuscripto 1 sine litoris descriptae. Deinde in ipso manuscripto 1 in 4<sup>to</sup> statim in observando scripserunt (quae reperiuntur in hac editione a media p. 58 usque ad eum locum p. 63, ubi desinunt literae cursivae). Sed observationes Cometae a die 6 usque ad diem 12 Novembris incl. anni 1585 factae rursus primum in manuscripto in folio scriptae sunt, aliis observationibus mixtae, unde in manuscriptum in 4<sup>to</sup> sine litoris transcriptae sunt. Idemne factum sit de postremis observationibus diei 5 Novembris, quae a h. 10 m. 28 factae sunt (vid. hujus editionis p. 63), certe perspic non potest; nam folia manuscripti numeros paginarum non habentia pravo ordine composita sunt et aliquot fortasse desunt. Descriptio codicis 1 ceterum, ut postea videbimus, non semper accurate confecta est.

Observationes originales Cometarum annorum 1590 et 1596 in proprio manuscripto in folio exstare, supra significatum est.

Cometa anni 1593 non Hvennae observatus est, sed discipulus quidam Tychonis, Christianus Johannis cognomine Ripensis (Ripis, in oppido Jutlandiae, natus), observavit eum Servestae Anhaldinorum (Zerbst), et observationes, quae in manuscripto 1 continentur, sine dubio ejus manu scriptae sunt.

Praeterea notandum est, in manuscriptis in folio 3 et 4 fere nihil de Cometis annorum 1585 et 1590 et 1596 nisi ipsas observationes reperi. Saepe autem et tempora horologii et tempora correcta reperiuntur, sed, paucis exceptis, in observationibus in manuscriptum 1 transferendis neque tempora horologii neque observationes stellarum fixarum, quibus in horologio corrigendo utendum erat, recepta sunt. Quae in manuscripto Bartholini de Cometis reperiuntur, pleraque e codice 1 descripta sunt.

Ut inter alia ex adjectis exemplis manus Tychonis colligi potest, manus ejus saepe valde obscura et difficilis est lectu, quod in primis pertinet ad ea, quae celeriter et negligenter scripta sunt. Numeri tamen plerumque distincte exarati sunt. Vix opus est monere, sermonem latinum saepe parum accuratum esse, quod sine dubio magna ex parte inde oritur, quod opus non perfectum est. Tychonem saepe usum esse verbo, quod est «saltem», ubi «solum» significasse videatur, facile apparebit. Adnotatio, quae est *εν πλατει*, saepius reperitur, quam ex contextu colligi potest significare incerti aliquid observationum, cuius causa fortasse est, quod rimulae pinnacidiorum dilatandae erant, quum stellae difficiles erant visu<sup>1</sup>).

---

<sup>1</sup>) Conferamus ex. gr. tres observationes postremas 19 diei Decembris anni 1577, hujus editionis p. 12, cum duabus, quae respondent in libro Tychonis Brahe de Cometa anni 1577 (ed. Uranib.) p. 9, ubi dicitur:

Propositum nobis fuit ea, quae continentur manuscriptis, quam apertissime et accuratissime reddere. Quae ipsa Tychonis manu scripta sunt, in hoc libro, ut facilius a ceteris distinguantur, literis et numeris *cursivis* expressa sunt, quod factum est et in iis, quae in textu posita sunt, et in iis, quae postea in manuscripto (significo prium in 4<sup>to</sup>) addita sunt, quae in hac editione plerumque rejecta sunt ad notas textui subjectas. Omnes tamen numeri observationum a die 28 Febr. ad diem 1 Martii anni 1590 factarum typis erectis expressi sunt, ne tabellae habitu nimis vario essent, quamquam eorum aliquot passim manu Tychonis scripti sunt. Ex iis, quae ab adjutoribus Tychonis scripta sunt, quaedam fortasse eo dictante literis consignata sunt. Quoties ipsae observationes Cometae anni 1585 in utroque manuscripto 1 et 3 reperiuntur, ex posteriore manuscripto (in folio) eas exhibui. Quantum differentiae manuscripti in 4<sup>o</sup> perspicue et certe a descriptione parum accurata ortae esse intelliguntur, ex. gr. eo, quod librarius finem versus alicujus et initium sequentis praeterit, rationem earum non habuimus. Aliter positae sunt in notis textui subjectis. Quae Tycho de Cometa anni 1585 communicavit cum Gulielmo Landgravio et in Epistolis astron. Tychonis<sup>1)</sup> a p. 12 usque ad p. 20 incl. typis expressa reperiuntur, ne quid deesset, hic recepta sunt, et errores typographici, qui in libro commemorato reperiuntur, in hac editione ex manuscripto sunt correcti<sup>2)</sup>.

In observationibus Cometae a. 1590 numeri saepe discrepant in manuscriptis 1 et 4; sed hoc eo factum est, quod, quum in ms. 1 describerentur, aliqua correcta sunt, praecipue in declinationibus. Itaque utriusque ms. numeros in textu posuimus (vide p. 95 not. 1).

Quod attinet ad situm geographicum Uraniburgi, notum est, hunc saepius et Tychonis tempore et postea exquisitum esse<sup>3)</sup>). In manuscriptis Tychonis Brahe altitudo Poli definitur

<sup>1)</sup> Die 19 (significatur Decbr.) circa 7. Inter Scheat et Cometam P. 18 M. 40. vix tamen satis exacte, eo quod Cometa partim ob corporis imminutionem, partim ob aëris crassitatem minus appareret. — H. 8 M. 30. Inter primam colli et Cometam P. 16 M. 20, sed valde late modo propter dictam causam.

<sup>2)</sup> Tychonis Brahe Dani Epistolarum astronomicarum libri. Quorum primus hic illustriss. et laudatiss. principis Gulielmi Hassiae Landgravii ac ipsius Mathematici literas, unaque responsa ad singulas complectitur. Uraniburgi. Cum Caesaris et Regum quorundam privilegiis. Anno MDXCVI. (4to). Exempla aliquot in titulo habent: •Noribergae apud Levinum Hulsium. Cum Caesaris et Regum quorundam privilegiis. Anno MDCL. et alia: •Imprimebant Uraniburgi Daniae, prostant Francofurti apud Godefridum Tampachium. MDCX. Sed hi quoque ad primam pertinent editionem et prima modo folia typis denuo exarata sunt. Ceterum etiam Epistolarum Tomum II typis exprimi coeptum esse, intelligitur ex nota addita in manuscripto Tychonis observationum in annum 1565, sed editus non est, et errore in libro clarissimi Lalandii, qui inscribitur Astronomie, 3 Ed. T. I p. 156, commemoratur •Epistolarum astronomicarum libri duo, Francofurti A. 1610. 4to•.

<sup>3)</sup> H. C. Schumacher in edendis observationibus Cometarum annorum 1585 et 1596 solo manuscripto 1 usus est, cetera autem ignorabat (vide Astr. Nachr. T. XXIII p. 225, 371).

<sup>4)</sup> De posterioribus quibusdam definitionibus inspicias: Picard, Voyage d'Uranibourg; J. S. Augustin, •Om Forskellen imellem Tycho Brahes og Picards Meridian af Uraniborg•, in scriptis Regiae societatis scientiarum Havnlensis T. XII p. inde ab 191 usque ad p. 216; C. C. Lous, •Sammenligning mellem de 1672 af Hr. Picard og de nyere i Skaane gjorte Observationer og Opmaalinger for at bestemme de tre Puncters, Uraniborgs, Rundetaarns og Lunds Observatoriers Situation•, in ejusdem societatis scriptis, 2 seriei T. I p. 142. Connoissance des temps pour l'an 1836, additions p. 117.

$55^{\circ} 54' \frac{1}{4}$ , longitudo  $37^{\circ}$  (in orientem a Ferro insula). Recentissimo tempore positio geographica geodaetice ita definita est:

$0^{\circ} 13' 34''$ ,20	in septentrionem	} a vexillo ventorum indice
$0^{\circ} 7' 13,69$ (arcus)	in orientem	

Liber vix edi potuisset, nisi publicum accessisset subsidium. Referente Ministerio, cuius est ecclesiam et instructionem publicam curare, Rex Augustissimus **Christianus IX** decrevit, ut haec Cometarum observationum editio publice adjuvaretur ex iis pecuniis, quae ad scientias promovendas quotannis adhibentur.

Restat, ut viris doctissimis gratias agam, quorum studio et opera in hoc volumine in lucem edendo adjutus fui. Nomino Chr. Bruun, a consiliis justitiae, bibliothecae Regiae praepositorum, qui usum liberiorem codicum Tychonis mihi permisit. Nomino virum doctiss. H. L. d'Arrest, Astronomiae Prof. P. O. in Universitate Havniensi, qui et doctrina sua saepissime mihi opitulatus est et singulas hujus libri plagulas perlegit. Nomino denique philologum eruditum Guil. Thomsen, qui in textu recognoscendo magnas partes egit et permultas scripturae ac sermonis difficultates felici successu sustulit.

# OBSERVATIONES SEPTEM COMETARUM

APPARENTIUM ANNIS A CHRISTO

1577    1580    1582    1585    1590    1593    1596.

*Nota. Distantias omnes observatas et in hoc libro Cometae anni 77 annotatas suo loco limitavi, partim ob instrumenti parallaxin, partim ob quandam instrumenti deviationem interdum coincidentem. Non enim tunc majora et certiora instrumenta parata habebam*

*Tabula parallaxeos sextantis, quo in his observationibus usus sum.*

G.	M.	S.	G.	M.	S.
1	1	9	16	18	15
2	2	17	17	19	22
3	3	5	18	20	28
4	4	34	19	21	34
5	5	44	20	22	40
6	6	53	21	23	45
7	8	2	22	24	50
8	9	10	23	25	54
9	10	19	24	26	57
10	11	27	25	27	59
11	12	36	26	29	1
12	13	44	27	30	3
13	14	52	28	31	5
14	16	0	29	32	7
15	17	7	30	33	8

*In omnibus observationibus sequentibus per Sextantem subtraxi debitam parallaxin.*

*(Tychoonis manu scr.)*

## *Observatio Cometae*

*quem primum conspexi Huenae anno 1577, Novembris die 13.*

*Visus est hic Cometes a quibusdam nautis die 9 Novembris. Unde ego conjicio, ipsum incepisse die 13 Novembris in Ecliptica in 21 parte ♫.*

*Die praescripto statim post occasum Solis observavi ex improviso Cometam apparentem versus occasum inter Solem et Lunam novam, cuius statim distantiam a ( accepi P. 18 M. 50, hora existente 5ta pomeridiana<sup>1</sup>).*

*Dein ad ipsam Cometae habitudinem conversus, deprehendi colorem ejus livida albedine in capite, qualis est stellae h<sub>3</sub> triste lumen producere, cauda ipsius paulo rubicundiore apparente, et in partem Soli adversam exquisite existente.*

*Quantitas diametri capitinis erat 7 aut 8 M.*

*Cauda vero Cometae protracta apparebat usque in cornua V<sub>3</sub> idque arcualiter eo modo, ut, si in caudae ejusdem stellas superior caudae pars duceretur, arcum quendam in hunc modum efficeret.*

*Fig. 1.*

<i>H.</i>	<i>M.</i>		<i>P.</i>	<i>M.</i>
5	30	<i>E</i> n plateris per Radium deprehendi ejus distantiam a lucidiori Vulturis volantis . . . . .	26	50
		<i>P</i> aulo post etiam distantiam ipsius ab inferiori meridionali orique cornu Capricorni deprehendi . . . . .	21	40
		<i>In quam * etiam caudae extremitas superior producebatur, ipsa interim cauda inter Cometae caput parum gibbosa existente versus Zenith<sup>2</sup>).</i>		

*Oriebatur circa hoc tempus, quo has observationes perfeci, caput II meridionale.*

*Erat autem tunc temporis locus capitinis Cometae in linea recta, quae ducitur inter binas extremas in sinistra ala Cygni, per Vulturis volantis lucidam, idque in limitibus viae lacteae, ubi ea in duos ramos porrigitur.*

*Ex his observationibus colligitur in globo longitudo capitinis Cometae in 7 G. V<sub>3</sub>, latitudo vero septentrionalis 8 P. 35 M.*

<sup>1</sup>) Postea adscriptum: *fuit hora 5½.*

<sup>2</sup>) Adscriptum: *fuit hora 6.*

*Cum vero pars media inter humerum inferiorem Orionis et balteum oriebatur, visum est crinitae caput per conjecturam occidere, intervenientibus tamen nubibus et hujus rei certitudinem prohibitibus.*

*Affirmabat quidam se priori vesperi fulgur quoddam ignotum versus occasum vidisse, et propter ignoratam causam existimasse fuisse incendium. Unde existimo hanc crinitam etiam priori vesperi extitisse propiorem tamen Soli, ideoque minus apparuisse.*

### *Die 14 Novembris.*

H.	M.	P.	M.
4	50	Inter corpus Cometae et limbum & ipsi proximum . . . . .	26 25 } per Radium
5	0	Inter Vulturem volantem et crinitam . . . . .	23 45 }
5	30	Inter inferiorem cornuum V3 et crinitam . . . . .	18 30
5	45	Inter hni vero stellam et crinitam . . . . .	10 12

*Cauda vero Cometae non amplius porrigebatur in hesternum locum, ita ut supremitas finis ejus tangeret inferiorem stellam cornuum V3, verum inferior pars extremilatis caudae attingebat supremam stellam cornuum V3 eadem incurvata parum existente ut prius.*

H.	M.	P.	M.
6	10	Inter inferiorem in cornu V3 et crinitae caput deprehendi .	18 50 } per Sextantem.
6	20	Ejusdem crinitae distantia a lucidiori Vulturis volantis .	23 30 }
<i>Deinde cum caput crinitae occidere videbatur, tendens ad occasum, cingulo vero Orionis jam tum ortum petente, distabat caput crinitae a Vulture volante. . . . . 22 50 per Radium.</i>			

*Ex his colligitur longitudo stellae in 9 g. V3 cum latitudine septentrionali 10 exquisite graduum, distans a priori loco partibus exquisite tribus, tendens per Zenith in orientem.*

### *Die 15 Novembris.*

H.	M.	P.	M.
5	3	Erat inter Cometam et Vulturis lucidam . . . . .	20 30 per Radium.
5	13	Inveni eandem distantiam . . . . .	20 30
<i>per Sextantem, ablata parallaxi.</i>			
<i>Erat autem tunc temporis Cometa cum Vulturis lucida fere in uno verticali circulo.</i>			
5	43	Inter inferius cornu V3 et Cometae corpus. . . . .	17 0 <sup>1)</sup>

*Extremitas caudae Cometae porrigebatur versus stellas in linteo sinistram manus ≈, distabat vero inferior pars caudae a septentrionaliori cornu V3, aequali intervallo, cum distantia earundem duarum stellarum in cornibus Capricorni.*

<sup>1)</sup> Adscriptum: oportet hic esse errorem, pone 16½.

*Color Cometae visus est adhuc pallida et livida albedine obsitus, cauda vero quo propior capiti eo erat lucidior, in fine obscurum livorem pae se ferens. Erat autem acuminata in hunc modum.*

*Fig. 2.*

### *Die 20 Novembris.*

*Quoniam praecedentibus diebus in horizonte Huenensi non fuit serenum, die 18 admodum obscuro et nebuloso existente, 19 vero tempestate ventorum et pluviarum saeviente, 20 vero die circa meridiem minori nunc facta, horologium adaptavi ad lineam meridianam umbram Solisque in meridie, Altitudinem deprehendi 12° 25'. Vesperi autem post ☐ occasum, etsi non usque adeo erat serenum, tamen haec satis diligenter observavi.*

<i>H. M.</i>		<i>P. M.</i>
<i>5 15 Distabat Cometae caput a lucida Vulturis exquisite . . . . .</i>		<i>11 6</i>

*per utrumque Instrumentum.*

*Et quoniam propter nubes aliam stellam observare non licuit, cum qua prope faceret triangulum, observavi in eodem instanti, quod linea recta, quae ducebatur a Lyra per Vulturem, relinquebat Cometam versus occasum ad spatium fere unius gradus, in ea intercedente lineae, quae erat prope Cometam, paulo autem post ubi serenior aurora stellam in ore Pegasi monstravit, deprehendi quod eadem distaret a Cometa partibus exquisite 27½. Habita vero praxi utriusque considerationis cedit locus Cometae in eundem fere locum.*

*Cauda vero Cometae se, veluti ipsum corpus, altius attollebat, nam si protracta fuisset longe supra Lunam, monstraret lineam, quo ad visum inter raras nubes videbatur vergere versus inferiorem stellam in ala Pegasi, haec tamen consideratio non erat satis exquisita, sed ev πλατει sumpta, propter nubes.*

*Postea usque ad occasum Cometae nihil amplius mihi licuit observare propter intervenientes nubes.*

### *Die 21 Novembris*

*haec observavi.*

<i>H. M.</i>		<i>P. M.</i>
<i>6 30 Inter Cometam et Vulturis lucidam . . . . .</i>		<i>10 45 per Radium.</i>
<i>6 40 Inter narem Pegasi et caput Cometae . . . . .</i>		<i>25 15</i>
<i>Cauda vero porrigebatur versus extremam alae Pegasi, si eo producta intelligeretur.</i>		
<i>H. M.</i>		<i>P. M.</i>
<i>6 48 Cometa a lucida Vulturis . . . . .</i>		<i>10 46 fere ut prius.</i>
<i>6 53 Inter narem Pegasi et Cometam . . . . .</i>		<i>25 13 exacte.</i>
<i>7 0 Distabat caput Cometae ab inferiori et prima in ala Pegasi</i>		
<i>versus occasum . . . . .</i>	<i>45 40</i>	
<i>Est autem ea, quae juxta collum Pegasi existit.</i>		
<i>7 10 Distabat Cometae caput a cauda Cygni . . . . .</i>		<i>45 53</i>
<i>Atque haec omnia per Radium.</i>		

*Die 23 Novembris*

*haec observavi, rectificato horologio ad occasum ☽.*

H. M.	P. M.
4 56 Inter Vulturem et Cometam . . . . .	11 2
5 3 Inter extremam naris Pegasi et Cometam . . . . .	21 1
5 9 Distabat Cometa a stella in sinistra manu Antinoi . . . . .	4 32

*Caudam porrigebat in eam stellulam, quae est in superiori fronte Equiculi, ubi etiam terminari videbatur, radiis forte lunaribus ulteriore ejus apparentiam impedientibus. Erat autem a capite versus dictam stellam paulum incurvata, convexam partem in Zenith tollens, adeo ut, si a capite per istam stellam protrahi fingeretur, caderet in eam stellam, quae est in fronte Pegasi.*

H. M.	P. M.
7 0 Inter sinistrum humerum ☹ et Cometam . . . . .	18 0
7 10 Inter Vulturem et Cometam . . . . .	11 3 <i>sere ut supra.</i>
7 20 Inter narem Pegasi et Cometam . . . . .	20 44 <i>per Radium</i>
	<i>idque bis observavi, ita ut secunda observatione facta</i>
7 25 reperi rem . . . . .	20 45
	<i>vel potius . . . . .</i> 20 46

*At has omnes observationes per Radium astronomicum perfeci, in quibus et parallaxis oculi et instrumenti errores si qui fuerint cavendi sunt.*

*Color autem Cometae fuit albus, non tamen clarus, sed pallidior, neque ita lucidus ut stellarum. Cauda vero praesertim, quo erat capiti vicinior obscuram rubedinem prae se ferebat, qualis solet esse flammea per sumum eluctantis, in fine vero quemadmodum cauda rarior erat sic et haec rarius apparebat.*

*Sequentia eodem vesperi per Sextantem astronomicum observavi.*

H. M.	P. M.
5 30 Inter Cometam et narem Pegasi . . . . .	20 58 <sup>1)</sup>
5 37 Inter Vulturis lucidam et Cometam . . . . .	10 57 <sup>2)</sup>
5 45 Inter Cometam et stellam in sinistra manu Antinoi . . . . .	4 35 <sup>3)</sup>
6 15 Inter narem Pegasi et Cometae caput . . . . .	20 54
6 32 Inter Cometam et Antinoi praedictam manum . . . . .	4 37
7 56 Inter narem Pegasi et Cometam . . . . .	20 50
8 23 Inter easdem . . . . .	20 48
8 35 Inter easdem . . . . .	20 46

*Ex postremis considerationibus per Sextantem factis, patet quod Cometa ab H. 5 M. 30 in H. 8 M. 35 per 3 videlicet horas et 5 circiter minuta progressus sit in suo circulo versus Pegasi caput saltem scrupulis 12, cum tamen habita ratione motus diurni, qui ex omnibus antecedentibus observationibus colligi potest 3 graduum, ita ut uni horae competenter 7½ min. in motu proprio,*

<sup>1)</sup> Adscriptum: *al. 21 4.*

<sup>2)</sup> Adscriptum: *al. 11 1.*

<sup>3)</sup> Adscriptum: *4 37.*

atque adeo, per 3 illas horas debebat propior admoveri stellulae dictae Pegasi plus 23 minutis; unde colligitur quod incrementum parallaceos stellae in iis tribus horis retardaverit progressum apparentem versus caput Pegasi 11 minutis<sup>1)</sup>.

Habet itaque haec stella sensibilem parallaxin, at quanta ea sit, ex sequentibus colligemus.

Idem etiam patet per stellam Antinoi a qua ab H. 5 M. 45 in H. 6 M. 32 per 47 minuta temporis promota est saltem minuta 2, cum interea motum diurnum debebat promota esse minutis fere  $4\frac{1}{2}$ <sup>2)</sup>, atque haec ratiocinatio convenit cum superiori annotatione. Nam si 3 horae variant in motu ob parallaxin 11 minuta, tunc 47 minuta temporis variant 3 minuta, consentiente hac observatione per Antinoi stellam facta, cum ea quae per narem Pegasi fiebat. Usus autem ob id sum his praesertim stellis, quia via Cometae transibat per dictam Antindi stellam fere versus eam, quae est in nare Pegasi, et licet aliqua ea in parte sit differentia, tamen ea hac in re nihil causare poterit propter tantam naris Pegasi a Cometa distantiam; idem etiam per alias observationes experiri licet.

Praeterea consideratio illa per Radium ab H. 5 M. 3 usque in H. 7 M. 25 praebet motum 17', qualis etiam fere nempe 18 revera esse debebat, atque haec fere consentiunt si limatis omnibus praebeat motum 15 minutorum, cum revera debebat promoveri 18 minutorum, differentia est 3 minutorum, cum tamen habita priori proportione debebat esse 7 minutorum, verum utrum in prima observatione per Radium error aliquis irrepserit haesito et ubi is lateat, an hic vel alibi ex sequentibus observationibus, Deo volente innotescet<sup>3)</sup>.

Veruntamen habitu respectu ejus observationis, quae facta est per Radium a stella Antinoi H. 5 M. 9 usque ad eam, quae facta est ad eandem fixam per Sextantem H. 6 M. 32 interjecta una hora et minutis 23 invenitur Cometa in suo circulo et via progressus interea temporis 5 minutis, cum tamen revera juxta motum diurnum debebat 10 minutis progredi, ut sit differentia causata ex remoratione parallaceos 5 minutorum, quam etiam 1 hora et 23 minuta proportionaliter efficiunt. Si tribus horis juxta priorem annotationem 11 minuta competit, consentit itaque et haec ratiocinatio cum antecedentibus et solum videtur discrepantia quedam in praxime antecedenti collatione, quae tum dubia est, ob primam observationem per Radium ad narem Pegasi non satis certam. (Debebat saltem 7 min.).

### Die 25.

H. M.	P. M.
5 40 Inter extremam naris Pegasi et Cometam . . . . .	17 22 $\frac{1}{2}$ <sup>4)</sup>
5 52 Distabat Cometa ab Antinoi manu . . . . .	8 18 <sup>5)</sup>

<sup>1)</sup> Postea adscriptum: Error est hic, quia uni horas competit saltem 5 minuta, et 3 horis 15 minuta, quod fere convenit cum observatione.

<sup>2)</sup> Videtur primum scriptum: 6, deinde mutatum in:  $5\frac{1}{2}$ , denique in: saltem  $4\frac{1}{2}$ .

<sup>3)</sup> Postea adscriptum: Nota. Ego posui quod motus diurnus Cometae in his diebus fuerit 3 partium, cum revera saltem repertiatur partium circiter 2, ut sit horarius motus 5 minutorum, atque per hoc verificabis ea quae hic scripsimus.

<sup>4)</sup> Adscriptum: aliter 17 28

<sup>5)</sup> Adscriptum: 8 20.

H.	M.	P.	M.
6	0	Inter Cometam et Vulturem . . . . .	12 36 <sup>1)</sup>
6	30	Distabat Cometa a Scheat Pegasi . . . . .	42 0
Sed satis exquisite id concludere non licuit propter intervenientes nubes; convenit autem semper observare hanc distantiam, quia Cometae cursus tendit versus dictam stellam in pectore Pegasi.			

*Cauda vero visa est vergere versus eam, quae est juxta nares Pegasi, quam alii os Pegasi appellant.*

### Die 28.

Cum cornu $\varphi$ orientale esset in Meridiano, erat inter caput Cometae et os Pegasi . . . . .	P.	M.
Existente pede Andromedae lucido in Meridiano, inter Scheat Pegasi et Cometam . . . . .	12	44
Linea vero recta ducta a Cometa per os Pegasi relinquebat lucidam et primam colli Pegasi versus Zenith ad visum 2 gradibus. Sed haec observationes non erant satis exquisite propter paucam serenitatem et ventos nimium flantes tum etiam propter Lunam.	35	15

### Die 29 Novembris.

H.	M.	P.	M.
5	53	Inter Antinoi manum et Cometam . . . . .	14 18 <sup>2)</sup>
6	6	Inter Cometam et narem Equiculi . . . . .	3 50
6	15	Inter os Pegasi et Cometam . . . . .	11 25 <sup>3)</sup>
6	33	Inter Cometam et Antinoi stellam . . . . .	14 21
6	40	Inter lucidam pectoris Pegasi et Cometam . . . . .	35 45 per Radium.
Extremitas caudae videbatur exquisite terminari in stella oris Pegasi et incurvata esse ita ut superior pars convexitatis contingenter fere stellulam in ore Equiculi. Erant enim illae duae stellae juxta os Equiculi contingentes fere superiorem partem caudae, in ejus medio distantes vix $\frac{1}{3}$ gradus.			

H.	M.	P.	M.
6	58	Inter Aquilam et Cometam . . . . .	16 36 <sup>4)</sup>
7	6	A fronte Equiculi ad Cometam . . . . .	4 53
7	13	Inter Cometam et manum Antinoi . . . . .	14 23
7	37	Inter Cometam et os Pegasi . . . . .	11 26
7	50	Inter Antinoi manum et Cometam . . . . .	14 22
Sed Antinoi stella appropinquabat occasui, adeo ut propter aëris densitatem minus apparuerit satisque exquisita non fuerit haec observatio.			

<sup>1)</sup> Adscriptum: aliter corr. 12 40.

<sup>2)</sup> Adscriptum: oportet ponere hora 6 Antinoi et C. 14 30.

<sup>3)</sup> Adscriptum: 11 29.

<sup>4)</sup> Adscriptum: sed hora 6 fuit 16 38, R. 16 41.

H.	M.		P.	M.
8	17	<i>Inter os Pegasi et Cometam</i> . . . . .	11	19 <i>sed εν πλατει..</i>
8	58	<i>Eadem</i> . . . . .	11	20
9	10	<i>Eadem</i> . . . . .	11	20
9	33	<i>Eadem</i> . . . . .	11	21 } <i>per Radium.</i>
9	11	<i>Observavi distantiam Cometae a pectore Pegasi</i> . . . . .	35	36 }

*Supra vero H. 6 M. 40 erat eadem P. 35 M. 45, differentia est saltem 9 minutorum spatio  $2\frac{1}{2}$  horarum, quod convenit cum motu diurno. Motus diurnus Cometae est P. 1 M. 30, horarius  $3\frac{3}{4}$  min.*

### Die 30 Novembris.

*Azimuth Cometae, quae est distantia ipsius ab occasu aequinoctiali, et complementum a Meridiano, ut in omnibus etiam sequentibus Azimuth numeravimus.*

*Atque hinc potes esse certior de parallaxi, conferendo cum observatione ab eadem stella facta H. 7 M. 50, interlapsis pene duabus horis, nam Cometa in sua via currit hoc vespero ad angulos rectos cum Vulture, unde motus proprius insensibiliter variat distantiam, sed sola differentia cadit in parallaxin.*

*H. 11 quando vidi ad oculum, quod Vulturis lucida elevaretur supra horizontem partibus circiter 5 (unde potes verificare antecedentia tempora) et Cometa paulo supra occasui jam approxinquaret, non potui aliam distantiam Cometae a lucida Vulturis reprehendere, quam ea erat, quam supra assignavi, videlicet P. 6 M. 22; nam manentibus pinnaciis, ut prius erant posita, immotis, videbam Cometam et dictam stellam in eadem distantia, quantum pro parvitate utriusque propter vapores circa horizontem discernere licuit.*

<sup>1)</sup> Postea adscriptum: *Haec stella est in cauda Aquilae, sed Mercator ponit eam in alas dextrae extremitate.*

<sup>2)</sup> Postea adscriptum: *Debet hora 8 distare a Pegasi ore habita ratione aliis distantiae P. 26 0.*

## Die 26.

*Die ♀ sequente H. 5 M. 15 juxta horologium distabat Cometa superior existens versus Zenith, ab illa stella, quae est in supradicta linea recta per pedem occidentaliorem Cygni et caput in directum Vulturis estque in cauda Cygni 3 magnitudinis, ad visum P. 3 M. 30, idque fere in linea recta, quae ducitur per eandem fixam et Cometam in caput Cygni; relinquebat tamen haec linea caput Cygni versus septentrionem et occasum circiter ad semidiometrum Luna; in eodem loco fuerunt caput Cygni et praedicta stella cum Cometa, quoad visum in eodem fere circulo verticali; cauda vero Cometae visa est dirigi versus stellas Teli, praesertim in medium stellam in Telo positam.*

H. M.	P. M.
5 25 Distabat idem Cometa a capite Cygni, inferior existens in eodem pene circulo verticali . . . . .	[10 38] <sup>1)</sup>
5 35 Distabat Cometa a praedicta incognita fixa . . . . .	3 31
ut prius ad summum . . . . .	3 32
5 40 Distabat a capite Cygni . . . . .	11 28
vel potius ad summum . . . . .	11 30
5 50 paulo post. Eadem distantia . . . . .	11 32
6 0 Distabat Cometa a lucida Vulturis . . . . .	12 32
Fuit tunc in Meridiano adversus stellam polarem circiter caput Pegasi	
6 15 Rursus observari distantiam Cometae a supradicta 3 magnitudinis, cauda videlicet Vulturis lucidior existens . . .	3 30
6 20 A capite Cygni . . . . .	11 36
Atque haec observatio melior fuit priori.	
6 30 Distabat a prima lucidiori et borealiori Teli . . . . .	11 28
in quam etiam cauda praecise quoad visum versus porrigi videbatur.	
Distabat autem eadem fixa a Vulturis lucida . . . . .	10 52

*Constituebat enim haec stella in Telo cum Vulturis lucida et Cometa quasi triangulum aequalium laterum; ista stellula ignota in Vulture constituebat in suo loco angulum rectum cum lucida Vulturis et capite Cygni, eratque 45 M. post sextam, quoad visum in aequali altitudine ab horizonte cum lucida Cygni.*

H. M.	P. M.
6 55 Distabat Cometa ab eadem fixa in cauda Aquilae . . . . .	3 32 ad summum.
7 5 A capite Cygni . . . . .	11 38
Atque haec observatio poterit certare cum prioribus.	
7 10 Inter Vulturis lucidam et Cometam . . . . .	[12 48] <sup>1)</sup>
7 15 Eadem . . . . .	12 42
7 30 Eadem . . . . .	12 40
Atque huic potes fidere potius.	

<sup>1)</sup> Haec in ms. linnen inducta sunt.

H. M.

P. M.

7 45	<i>Fuit caput Cygni et stella supradicta in cauda Vulturis in linea recta, quae exquisite per regulam visa est intercipere corpus Cometae; distabat autem a capite Cygni . . . . .</i>	11 40	<i>circiter</i>
8 0	<i>Cometa vero visus distare a praedicta stella in cauda . . . 3 32 ut supra</i>		

*Post horam 7 recurrentes nubes, unde non semper certo videre licuit. Statim post horam 8 facta est densa obscuritas.*

*Per stellam in cauda Vulturis, a qua Cometa semper aequaliter distabat, potes verificare et certior esse de parallaxi; nam motus proprius ibi est insensibilis.*

### Die 27.

*Inter 9 et 10 vespertinam, dissipatis aliqua ex parte nubibus, vidi, quod Cometa sensibiliter et plurimum erat praetergressus lineam illam, quae dicitur a priore, quae est in cauda Aquilae, in caput Cygni, in qua linea heri vesperi conspiciebatur, adeo ut eo tempore visus sit bis satis diligenter considerando in linea recta, quae dicitur a cauda Cygni per ipsius caput in Cometam; sed distantiam ab illis fixis capere non licuit propter intervenientes nubes.*

*Praecedentes observationes omnes feci ipsemet a die 20 usque in 27 Helsingburgi per Radium, sed sequentes Paulus et Petrus observarunt Huenae iisdem diebus usque in diem 28, quo die ipsemet domum redii.*

### Die 21 Octobris.

H. M. S.

1) 5 31 30	in majori horol. Observata est Altitudo Meridiana primae in ala Pegasi . . . . .	47° 8'	fere	A
6 2 55	in maj. h. {			
5 43 0	in min. h. } Fuit Cometa in Azimuth ab occasu . . . . .	24 0	Altitudo 31 20	
6 17 15	in maj. h. {			
6 1 15	in min. h. } Fuit Aquila in Azimuth . . . . .	21 20	— 23 9	
6 27 30	in maj. h. {			
6 11 30	in min. h. } Distabat Cometa a lucida in Delphine . . . 8 53			
6 34 0	in maj. h. {			
6 18 10	in min. h. } Distabat Cometa ab Aquila . . . . . 6 22			
6 42 30	in maj. h. {			
6 26 40	in min. h. } Distabat Cometa ab ore Pegasi . . . . . 26 16			

<sup>1)</sup> In ms. legitur hora 8, sed admodum indistincte; sine dubio debet esse 5.

H.	M.	S.					
6	57	20	in maj. h. } Fuit Cometa in Azimuth . . . . .	11°	0'	Altitudo	23° 48'
6	41	20	in min. h. }				
			Eodem fere momento fuit Aquila sub eodem Azimuth.				
7	7	0	in maj. h. } Fuit Aquila in Azimuth . . . . .	10	0	—	16 38
6	52	10	in min. h. }				
7	13	30	in maj. h. } Distantia inter Cometam et extremam in ore				
6	57	45	in min. h. } Pegasi . . . . .	26	21		
B	7	19	30	in maj. h. } Distabat Cometa ab Aquila . . . . .	6	25	
	7	4	50	in min. h. }			

Eodem tempore fuit Cometa quasi in linea recta, ducta per Aquilam et primam in sinistra ala Cygni, paulo remotore existente Cometa quasi triente diametri Lunaris a recta versus boream.

H.	M.	S.					
8	46	30	Fuit Cometa in Azimuth 90° 0', habens Altitudinem	16°	34'	quasi.	
			Non tamen satis certa propter nebulas.				
9	22	35	9	11	15	} Fuit Luna in medio Coeli <sup>1)</sup> .	

## C

## Die 22 Octobris.

Majus horologium defecit a meridie 3 horis et 17½ minutis, per quatuor enim dies praecedentes non correctum erat. Minus vero horologium septem minutis eundem meridiem superavit.

## Die 26 Octobris.

Indicabat meridie majus horologium H. 9 18' 50", ideo tardius ibat 2 horis 41 minutis 10". Minus horologium tardius ibat uno minuto.

H.	M.	S.					
5	39	25	in maj. h. } Aquilae Azimuth in occasu . . . . .	19°	20'	Altitudo	40° 37'
5	48	0	in min. h. }				
6	3	50	in maj. h. } Cometae Azimuth in occasu . . . . .	42	30	—	41 26½
6	14	30	in min. h. }				
6	14	50	in maj. h. } Cometae Azimuth ab occasu . . . . .	44	0	—	43 20½
D	6	26	0	in min. h. }			
6	27	30	in maj. h. } Distantia inter Cometam et Aquilam . . . .	12	36		
6	39	0	in min. h. }				
6	33	0	in maj. h. } Distabat Cometa a stella extrema in cauda				
6	45	0	in min. h. } Aquilae . . . . .	3	35		
			Distabat haec stella ab Aquila . . . . .	12	15		

<sup>1)</sup> Hic adscriptum legitur:

Has paginas signo ABCDE literarum notatas agnosco scriptas esse manu Pauli Wittichii p. m. quae mihi optime nota est; idque testor hoc meo chirographo, quod reliqui Pragae apud Magnum et Nobilissimum Dom. Tychonem Brahe etc. Ao 1600. XXIII Octobris.

Jacob Monaw  
manu propria.

H. M. S.

6	44	0	in maj. h.	} Distantia Cometae ab extrema in rostro Cygni	11° 50'
6	57	0	in min. h.		
6	51	15	in maj. h.	} Distabat Cometa a lucidiore in cauda Delphini	21 2
7	4	0	in min. h.		

H. 7 $\frac{1}{4}$  incidebat Cometa in lineam rectam duarum stellarum, quarum una est in rostro Cygni, altera extra formam in cauda Aquilae et proxime assumpta fuit.

H. M.

7	14 $\frac{1}{2}$	Fuit Cometa in Azimuth ab occasu . . . . .	27° 30'	Altitudo 36 14 $\frac{1}{2}$
7	30	Distabat Cometa a cauda Delphini . . . . .	21	5
7	35	Distabat Cometa ab Aquila . . . . .	12	50
7	45	Distabat Cometa a stella informi extra Aquilam . . . . .	3	38 non satis praecise.

E

In dictam hanc stellam informem concurrunt aequales fere duae lineae ad angulos rectos, quarum una ab Aquila, altera a capite seu rostro Cygni per Cometam deducitur.

Fig. 9.

Sequenti tempore totum coelum subito obductum fuit nubibus, quae reliquas observationes nobis impidiverunt.

H. 8 52 $\frac{1}{2}$ . Ex momentanea observatione (propter nubes intercedentes) notata est distantia Cometae a praedicta stella informi extra Aquilam 3° 37'.

Hanc stellam postea cognovimus fuisse ultimam seu extremam in cauda Aquilae.

### Die 28.

H. M. S.

5 54 5 secundum majus horol. Aquila fuit in Azimuth . . . . . 40° 0', Altitudo 32 25  
Sed horis non debes fidere, quia nimis tarde ibat; minus horologium monstrabat — 2' 0"; de hora non constat, sed saltem propter intervallum temporis.

H. M.

5 3 secundum majus horologium fuit inter caudam Vulturis et  
Cometam . . . . . 4 25 per Radium.  
Sed hora et tempus ubique restituendum est, nam in aliquot horis aberrat, idque per Azimuth Vulturis.

H. M. S.

1)	10	50	per maj. h.	} Cometae Azimuth ab occasu . . . . .	17° 0' Alt. 31° 47' bona.
	19	30	per min. h.		
20	0	per maj. h.	} Fuit inter os Cygni et Cometam . . . . .	12 46 per Radium.	
29	0	per min. h.			
27	0	per maj. h.	} paulo post, inveni per Radium . . . . .	Circa idem tempus distabat Cometa a cauda Vulturis. 4 30 per Sextantem.	
37	0	per min. h.			12 48
				per Sextantem . . . . .	12 58

<sup>1)</sup> Numeri horarii absunt.

H.	M.	S.				
35	0	per maj. h.	Distabat a lucida Lyrae . . . . .	21	35	per Sextantem.
45	30	per min. h.				

38	0	per maj. h.	Distabat ab ea, quae lucida est Vulturis,			
			per Radium . . . . .	15	55	
			per Sextantem . . .	16	11	

H.	M.	S.	Azimuth.	Altitudo.
1	5	per maj. h.		
12	35	per min. h.	Aquila	23 0
18	17	per maj. h.	Vultur	19 0
30	40	per min. h.		21 45
26	40	per maj. h.	Vultur	17 0
39	40	per min. h.		20 34 bona.
37	20	per maj. h.	Cometa	2 30
51	10	per min. h.		19 23 bona.
44	40	per maj. h.	Cometa	4 0
58	50	per min. h.		18 22 bona.
2	30	per maj. h.	Vultur	9 0
17	10	per min. h.		15 33 vel 33½
14	0	per maj. h.	Cometa	10 0
20	55	per maj. h.		14 14
36	40	per min. h.	Cometa	11 32
				13 14

H.	M.	P.	M.
30	per maj. h.		
47	per min. h.	Inter os Cygni et Cometam per Sextantem .	13 10
		per Radium . . .	13 4 εν πλατει.
36	per maj. h.		
53	per min. h.	Inter Vulturis lucidam et Cometam . . . .	16 30 per Sextantem.

Horas et minuta in antecedentibus observationibus potes inquirere ex observationibus Vulturis, nam horologia non erant verificata ut neque antecedentibus diebus.

Cauda hoc vespere tendebat super Telum versus extremam in sinistra ala Cygni.

### Die 29.

Rectificavi melius horologia.

H.	M.	S.	Azimuth.	Altitudo.
5	32	0 per maj. et min. h.	Vultur volans a merid.	15° 0' 41° 10'
			Sed puto paululum praeterisse illud Azimuth, vix sensibiliter.	
5	43	25 per maj. h.	Ejusdem Vulturis . . . . .	18 30 40 43
5	43	21 per min. h.		
			Haec observatio fuit satis certa, cui potes fidere.	
5	51	56 per maj. h.	Ejusdem Vulturis . . . . .	21 0 40 21
5	52	5 per min. h.		

Ex his tribus observationibus potes verificare tempus et horologium corrigere.

H.	M.	S.	Azimuth Cometae.	Altitudo Cometae.
6	3	35 per maj. h.	43° 0'	44° 3' bona.
6	4	5 per min. h.		
6	10	40 per maj. h.	41 0	43 26½
6	11	15 per min. h.		
6	18	15 per maj. h.	39 0	42 39
6	18	30 per min. h.		
6	25	45 per maj. h.	37 0	41 53
6	26	25 per min. h.		
<b>H. M.</b>			<b>P. M.</b>	
6	38	per maj. h. Distabat Cometa a cauda Vulturis per Radium .	5	35 vel 36
		per Sextantem . . . . .	5	40
6	47	Distabat a capite Cygni per Radium . . . . .	13	24
		per Sextantem . . . . .	13	45
6	56	Inter caput Ophiuchi et Cometam per Radium . . . . .	18	30
		per Sextantem . . . . .	19	0
7	7	Eadem distantia per Radium . . . . .	18	32 bona.
		per Sextantem . . . . .	18	58 bis.
7	19	Cometa a lucida Vulturis per Radium . . . . .	17	18
		per Sextantem . . . . .	17	35
7	38	A lucida Lyrae per Radium . . . . .	20	55
		per Sextantem . . . . .	21	19 bona, bis.

Cauda fuit in linea recta, quae ducitur a capite Ophiuchi per caput Cometae in duas extrebas dextrae alae Cygni.

H. 7 M. 40. Vidimus accurate, quod Cometa fuit admodum prope stellulae cuidam parvae, quae est in linea recta ducta ut infra. Distabat autem ab hac stella versus ortum quasi ad  $\frac{2}{3}$  diametri Lunaris eratque in eadem altitudine ab horizonte quasi in aequidistantia ipsius horizontis; ad summum poterat esse distantia 20 minutorum. Est autem ea stella informis, ac si duceretur linea a cauda Vulturis in eam, quae proxime sequitur, versus stellas in spoliis Σ, in sinistro brachio Herculis, ea stella, quae prope Cometam erat, primum occurrebat; erat tamen paulo supra dictam lineam versus Zenith. Facit autem haec stella angulum rectum cum rostro Cygni et cauda Vulturis, angulo existente in stella ignota; facit etiam angulum rectum cum rostro Cygni et lucida Lyrae, ipso angulo in rostro Cygni comprehenso. Est autem haec stella informis nec in globo constituitur. Sed paulo post accuratius observavi distantiam Cometae a dicta stellula, vidique eam fere aequare diametrum Solis, sed paulo minorem ac si esset minutorum 25. Videbatur autem, quasi magnitudo capitis Cometae posset interjacere ipsi Cometae et dictae stellae quater ad visum vel ad summum quinques, si centra utriusque respicias.

H. 8 M. 25. Vidi quod superior et borealior trium in corpore Aquilae et Cometa et dicta stellula proxima Cometae fuere in una linea recta et aequidistantia horizontis.

#### Fig. 10.

H. 10 M. 40 per majus horol. Adhuc videbatur hae tres stellae aequidistantes ab horizonte in linea recta, sed proprior erat Cometa isti stellae ad diametrum sui corporis. Atque per hoc etiam potes certior fieri, quod Cometa nullam habeat sensibilem parallaxin, nam ab H. 7 M. 40 in H. 10 M. 40, per 3 horas, manserat in eadem aequidistantia horizontis et linea recta.

*Azimuth Cometae sequentia sunt versus septentrionem.*

H.	M.	S.	Azimuth.	Altitudo.
9	19	0	per maj. h. {	2 0
9	30	20	per min. h. {	20 4
9	29	10	per maj. h. {	4 0
9	40	50	per min. h. {	18 43
9	39	55	per maj. h. {	6 0
9	52	0	per min. h. {	17 19 exquisita.
9	50	25	per maj. h. {	8 0
10	3	5	per min. h. {	16 0 satis bona

*Deinde observavi Vulturis lucidam.*

H.	M.	S.	Azimuth.	Altitudo.
10	0	30	per maj. h. {	8 19
10	13	45	per min. h. {	15 0
10	28	5	per maj. h. {	3 0
10	41	35	per min. h. {	11 35 bona.
10	43	25	per maj. h. {	90 0
10	57	35	per min. h. {	9 33
10	55	45	per maj. h. {	7 50½
11	10	45	per min. h. { Cometa 20 15	

*Satis exquisita quantum per parvitatem juxta horizontem videre licuit.*

H.	M.	P.	M.
10	5	5	45 per Sextantem.
10	46	5	46
<i>Motus diurnus habita ratione prioris diei in globo deprehensus est quasi <math>1\frac{3}{4}</math> G.</i>			
<i>Meridie sequente horologium majus celerius ibat, quam debuit, <math>45' 40''</math>, sed fuit correctum circa H. 3 hesternam pomeridianam.</i>			

*Die 30 Octobris.*

*Posuimus majus horologium super H 3 M. 8 S. 55, quando ☽ fuit in Azimuth 45 0. Visa est autem suprema circumferentia Solis in eodem horologio occidere H. 4 M. 15 S. 10. Haec potes conferre cum sequentibus temporibus; debet occidere M. 13.*

*H. 5 M. 10 posui minus horologium cum majore.*

*Deinde rectificavi per Aquilam hoc modo.*

H.	M.	S.	Azimuth ab occasu	Altitudo.
5	13	30	per maj. h. {	77 0
5	13	27	per min. h. {	41 19
5	20	0	per maj. h. {	75 0
5	19	55	per min. h. {	41 8
5	26	10	per maj. h. {	73 0
5	26	0	per min. h. {	40 55

*Hinc poteris verificare tempora circa primas Cometae observationes, nam hoc die rursus utrumque horologium aliter rectificavi*

*Deinde Cometam observavi hoc pacto.*

H.	M.	S.	Azimuth.	Altitudo.
5	43	30	per maj. h. {	43° 0'
5	42	50	per min. h. }	44° 18'
5	50	50	per maj. h. {	43 40
5	49	40	per min. h. }	
5	58	20	per maj. h. {	42 56
5	56	45	per min. h. }	
6	5	35	per maj. h. {	42 8
6	3	55	per min. h. }	

*Deinde distantias observavi Cometae per majus horologium.*

H.	M.	P.	M.
6	15	Inter Aquilae lucidam et Cometam per Radium . . . . .	18 41
		per Sextantem . . . . .	18 56
6	23	Inter caput Ophiuchi et Cometam per Radium . . . . .	17 17
		per Sextantem . . . . .	17 29
6	29	Inter lucidam Lyrae et Cometam per Radium . . . . .	20 29
		per Sextantem . . . . .	20 49
6	36	Inter os Cygni et Cometam per Radium . . . . .	14 40
		per Sextantem . . . . .	14 49

*H. 6 M. 45.* Vidi quod Cometa erat praetergressus dictam stellam hesternam, cum qua copulabatur tanto intervallo ad visum, quanta est distantia duarum parvarum in dextro pede Cygni; erat autem meridionalior illa stellula et propior horizonti quam stella, idque fere in ea linea, quae ducitur a capite Ophiuchi per Cometam, nisi quod haec linea locum stellulae dictae relinquebat in suo loco parum inferius ad quantitatem corporis Cometae. Caudae vero Cometae inferior pars quasi dictam stellam radiabat.

*Fig. 11.*

*H. 7 M. 0.* Observavi diligenter caudam Cometae et vidi, quod si a capite Ophiuchi per corpus Cometae duceretur linea recta, caudae ductus paulo superior caderet, sed admodum parum; exquisilius tamen videbatur ea protendi in lineam rectam, quae ducitur a capite Cometae in extremam dextrae alae Cygni; erat autem rariuscula, sed lucidior solito. Nam et ipsum caput Cometae lucidius apparuit et conspectius solito instar fere affixarum stellarum, eratque quantitas capitinis aequalis quantitati stellae lucidae Vulturis, sed paululum quasi minor, sed paulo major stellis in cauda Ursae. Color vero capitinis Cometae non erat usque adeo lucidus ut color Aquilae, sed paulo magis fuscus, similis fere illi stellae, quae est in capite Ophiuchi vel capite Algol; erat tamen paulo obscuriore lumine, quam est caput Ophiuchi, similis ut proxime ipsi capitii Herculis, sed major stellis secundae magnitudinis et minor paulo primae. Postea venerunt densae nubes et obscuritas aëris et adeo, ut eo vespere non licuerit amplius observare.

Meridie sequente monstrabat majus horologium *H. 1 M. 45 S. 10*, minus horologium *13' 10"*.

## Die 31.

Visum est centrum Solis stringere horizontem occidentem, dum majus horologium indicaret H. 3 M. 37. Superior vero circumferentia Solis visa est occultari, cum in eodem horologio H. 3 39' 10" indicaretur, cum debuissest esse secundum calculum H. 4 10' 45". Minus horologium monstrabat 15' 30", quod defliciebat a tertio horologio 50 secundis fere.

H.	M.	S.		Azimuth.	Altitudo.
4	45	50	per maj. h. } 12 0 per min. h. }	Aquila 75° 0'	41° 8'
4	53	20	per maj. h. } 18 15 per min. h. }	Aquila 73 0	40 52
5	6	15	per maj. h. } 29 30 per min. h. }	Aquila 70 30	40 24

Postea directus fuit Quadrans ad Cometam.

H.	M.	S.		Azimuth.	Altitudo.
5	26	40	per maj. h. } 47 30 per min. h. }	37° 30'	42° 38½'
5	37	23	per maj. h. } 56 40 per min. h. }	35 0	41 32 bona.
5	46	35	per maj. h. } 4 35 per min. h. }	33 0	40 39 bona.

Tandem notatae fuerunt distantiae Cometae a fixis.

H.	M.				
5	56	per maj. h. } 12 per min. h. }	Distantia Cometae ab Aquila . . . . .	20° 18'	
6	4	per maj. b. } 19½ per min. h. }	Cometa a capite Ophiuchi . . . . .	16 8	
6	15	per maj. h. } 30 per min. h. }	Cometa a lucida Lyrae . . . . .	20 45	
6	25	per maj. h. } 38 per min. h. }	Cometa ab ore Cygni . . . . .	fecit 20 20	
				15 45	

H. 6½. Cauda admodum obscure apparebat propter nebulas intercedentes. Videbatur autem directa ad tertiam fere partem . . . . . distantiae duarum stellarum in sinistra ala Cygni.

H.	M.	S.		Azimuth.	Altitudo.
7	12	10	per maj. h. } 19 35 per min. h. }	Aquila 38° 30'	31° 39'
7	19	0	per maj. b. } 26 0 per min. h. }	Aquila 37 0	30 59 fere.
7	30	50	per maj. h. } 36 55 per min. h. }	Cometa 11 0	29 3
7	41	48	per maj. h. } 46 10 per min. h. }	Cometa 8 0	27 49

H.	M.	S.			
7	51	0	per maj. h. } 54 30 per min. h. }	Distantia Cometae a capite Ophiuchi . .	16° 4'
7	57	30	per maj. h. } 8 0 0 per min. h. }	Cometa ab Aquila . . . . .	20 25
8	5	30	per maj. h. } 8 7 15 per min. h. }	Cometa a lucida Lyrae . . . . .	20 40 fecit 20 18
8	13	30	per maj. h. } 8 14 30 per min. h. }	Distabat Cometa a rostro Cygni . . . .	15 43

Hinc porro observatus est Cometa.

H.	M.	S.	Azimuth.	Altitudo.
8	29	50	per maj. h. } 8 29 30 per min. h. }	90° 0'
8	25	0	tertio horol. }	22° 0½'
8	46	50	per maj. h. } 8 44 10 per min. h. }	3 0 versus sept.
8	58	50	per maj. h. } 8 54 0 per min. h. }	5 0
9	12	20	per maj. h. } 9 5 40 per min. h. }	14 0
			Aquila	18 41½

Facta horologiorum directione ad proximi diei instantis meridiem, deprehensum fuit majus horologium stationarium; idem et paulo ante occasum ☽ in eodem observatum fuit.

Minus vero horologium citius motum fuit minutis quinque, quae cum tertio horologio bene respondebant. Ad occasum Solis eadem examinari propter nubes intercedentes non poterant.

*Helsingburgi die 31 ipsem cum Radio distantias sequentes observavi, horologio ad occasum Solis verificato.*

H.	M.	P.	M.
5 30	Inter lucidam Vulturis et Cometam . . . . .	19	50
5 35	Inter caput Ophiuchi et Cometam . . . . .	16	0
5 45	Inter caudam Aquilae et Cometam . . . . .	8	3
6 0	Inter Aquilam et Cometam . . . . .	19	50
	Sed H. 5 55 deprehendi eandem . . . . .	20	4
6 5	Inter caput Ophiuchi et Cometam . . . . .	15	55
6 10	Eadem distantia . . . . .	15	57
6 20	Inter os Cygni et Cometam . . . . .	15	25

*Ductus caudae visus est vergere exquisite versus eam, quae est prima in sinistra ala Cygni, quae videlicet una est earum trium, quae sunt in corpore. Magnitudo capitis Cometae erat fere aequalis magnitudini lucidae Vulturis, verum non usque adeo claro lumine, sed paulo albiore et sublivido lucebat, neque scintillabat ut reliquae stellae fixae, et quia erat in via lactea, existimo heri et hodie fuisse lucidiorem solito, et propter absentiam (non dissimilis fuit magnitudine et colore ipsi stellae huius; sed tamen non usque adeo lucidus, sed paulo hebetiori lumine lucide albescens.*

H.	M.	P.	M.
8	40	Inter lucidam Lyrae et Cometam . . . . .	20 12
8	45	Inter lucidam Vulturis et Cometam . . . . .	20 8
8	55	Eandem deprehendi . . . . .	20 5
		Atque haec observatio est certior priori.	
9	20	Distabat a capite Cygni . . . . .	15 28

Has omnes observationes feci in arce Helsingburgensi per Radium.

### Die 10 Novembris.

Cometa circa occasum apparuit rursus fere ea magnitudine ut prius, cauda admodum visibili apparente, quam tendebat exquisite quoad visum in posteriorem et meridionaliorem duarum inferiорum in corpore Lyrae vel in spatium medium utriusque, erat autem cauda quasi incurvata et in postrema parte magis lata, quam ubi capiti juncta erat. Fuit autem caput Cometae exquisite, quoad visum in linea recta, quae ducitur a media trium extremarum in sinistra ala Cygni, prout Mercator ponit, per Lyrae lucidam, distans ab hac ipsa per Radium P. 22 M. 7. Fuit haec consideratio facta paulo ante, quam cornua quo erant in Meridiano, per semissem quasi horae, atque consideratio tota propter vicinitatem horizontis et Cometae quasi ev πλατει putanda erit.

### Die 12.

H.	M.	P.	M.
6	0 <sup>1</sup>	Inter Cometam et caput Ophiuchi per Radium . . . . .	6 0 bona.
		per Sextantem . . . . .	6 15
6	30	Inter Cometam et caput Herculis . . . . .	8 12 per Radium.
6	35	Inter Cometam et caput Herculis . . . . .	8 30

II. 6 M. 35. Animadvertis exquisita consideratione adhibita regula, quod lucida Lyrae et Cometae caput atque Ophiuchi caput fuerunt exquisite in linea recta per regulam videndo omnes in eadem extremitate regulae.

H.	M.	P.	M.
6	45	Distabat Cometa a capite Ophiuchi superior existens . . .	5 59 per Radium.
6	51	Eadem . . . . .	6 1
7	0	Inter lucidam Lyrae et Cometam . . . . .	23 16 bona, per Rad.
7	5	Distabat Cometa a sinistro humero Herculis . . . . .	9 48 per Radium.

Cauda vergebatur quasi versus medium spatium inter duas inferiores ipsius Lyrae, quae sunt in corpore, habens longitudinem partium circiter trium; nam exquisite determinari propter tenuitatem caudae et raritatem non licet; apparebat tamen ipsa cauda quamvis ad lumen Lunae solito conspectior, quam . . . . .<sup>1)</sup>

<sup>1)</sup> Quae sequuntur perquam indistincte scripta.

H. M.		P. M.
7 19	Inter Cometam et humerum sinistrum . . . . .	9 51
7 25	Distabat Cometa a capite Ophiuchi . . . . .	5 59 per Rad. ut prius.
7 28	Transivit postrema alae per Meridianum. <i>Hinc potes verificare tempora antecedentia horologii minoris, nam horologio majori non sum usus hoc vespere.</i>	
7 40	Distantia Cometae a capite Ophiuchi per Radium . . . . .	6 0 fere ut supra.
7 45	Inter caudam Aquilae et Cometam . . . . .	19 30 mediocr. per Rad.

*Nota. Observationes Sextantis hoc vespere fuerunt per pinnacidia utraque . . . . . unde nulla parallaxis est subtrahenda.*

H. M.		
11 47	Oculus 8 transivit per Meridianum, habens Altitudinem . . .	49° 45'
12 0	♂ transivit Meridianum, habens Altitudinem . . . . .	57 24

*NB. ♂ in 8 Solis.*

### Die 13 Novembris.

H. M.		P. M.
6 15	Prior in ala Pegasi transivit Meridianum per murum notatum.	
6 28	Distabat Cometa a capite Ophiuchi . . . . .	5 31
6 38	Distabat Cometa a capite Herculis . . . . .	7 26
6 46	Distabat Cometa ab humero sinistro Herculis . . . . .	9 25
7 38	Distabat Cometa a lucida Lyrae . . . . .	23 44
7 43	Distabat Cometa a lucida Aquilae . . . . .	33 24

Duae postremae observationes sunt factae, Cometa existente admodum obscuro in horizontis vicinitate.

### Die 15 Novembris.

H. M.		P. M.
4 55	Os Pegasi transivit Meridianum, habens Altitudinem . . . . .	42 9
5 36	Distabat Cometa a capite Ophiuchi . . . . .	4 48
5 45	Distabat Cometa a capite Herculis . . . . .	5 54

*Cauda Cometae ad lumen C satis apparens visa est vergere in alteram primarum in corpore Lyrae, quae videlicet meridionalior et orientalior esset.*

H. M.		M. P.
6 0	Distabat Cometa a capite Herculis . . . . .	5 55
6 9	Distabat Cometa a capite Ophiuchi . . . . .	4 48½

*Cauda Cometae vergebatur ad locum coeli distantem versus austrum a lucida Lyrae fere diametro corporis Lunaris.*

## Die 17 Novembris.

H. M.	P. M.
7 30 Caput Andromedae transivit Meridianum per murum notatum.	
7 35 Distabat Cometa a capite Herculis . . . . .	4 20
Huic observationi non multum fidendum propter obscuritatem capitis Herculis in vicinitate horizontis.	
7 46 Distabat Cometa a capite Ophiuchi. . . . .	4 28

## Die 25 Novembris.

H. 6 0. Scheat Pegasi transivit Meridianum per murum notatum.

Die ♀ circa horam 6 pomeridianam, cum essem in cimba inter Sciam et Euenam, lucentibus  
jam aliqua ex parte stellis post occasum Solis, vidi adhuc Cometam satis lucide apparentem et lucentem  
magnitudine instar stellae secundae magnitudinis, cauda tamen vix apparebat; videbatur tamen quasi  
radii quidam longiores protendi versus Zenith capitis quoad visum. Fuit autem Cometa ipse prope  
caput Herculis illo inferius versus occasum et septentrionem. Distabatque ab illa in capite Herculis  
tribus diametris Solis ad summum quoad visum, id est sesquialtero fere gradu; erat enim haec  
distantia notabiliter minor duarum propiorum in corpore Vulturis distantia. Videbatur autem linea  
per Cometam et proximam stellam in capite Herculis, protendi, ubi producta esset, in eam, quae  
media est in corpore Cygni quoad visum; postea nubes ab occasu venientes statim absconderunt  
Cometae caput cum reliquis stellis.

Fig. 12.

*Hisce intermediis diebus non fuit apud nos serenum sed semper admodum obscurum et vento-  
sum coelum.*

## Die 13 Decembris.

Rursus vidi Cometam mane ante ortum ☉, fuitque satis adhuc apparens in aurorae prin-  
cipio instar stellulae tertiae magnitudinis, mittens tenuissimam caudam versus superiora.

Distantiam vero ejus a quibusdam fixis observavit Petrus per Radium hoc modo.

H. M. S.	P. M.
6 25 0 Distantia Cometae a lucidiore sinistri humeri Ophiuchi	7 29
6 42 0 Distabat Cometa ab altera lucidiore in dextro ejusdem Ophiuchi humero . . . . .	14 45 } per Radium.
6 49 0 Distabat a capite Ophiuchi . . . . .	16 0
6 30 40 Cometae Azimuth ab ortu versus merid. . . . .	26 46 Alt. 20 59
6 42 33 Capitis Ophiuchi Azimuth . . . . .	12 21 — 23 56½

Hinc potes verificare praecedentia tempora; nam horologium fere servavit revolutionem suam  
ab ortu Solis hesterno in hodiernum; deerant saltem quoad visum et plures 4 minuta, nam ortus  
H. 8 M. 36, quae insensibilia sunt hoc intervallo; pro majore autem certitudine temporis observavi  
etiam Spicam hoc modo.

H.	M.	S.	Azimuth.	Altitudo.
6	58	30	0° 30' quasi Meridianum	25° 11'
7	9	40	3 32	

Die 19. Nusquam potui sensibiliter Cometam invenire, sed non fuit tamen circa horizontem usque adeo serenum.

Die 21 mane. Satis diligenter attendi inter brachium Ophiuchi et caput totumque tractum, ubi Cometa esse debebat, verum nusquam vestigium ejus potui discernere; forte non Lunares radii, quae splendebat, ejus aspectum prohibebant, vel quia erat in diluculo matutino; sed aut non appareat amplius, aut admodum est exigua vel latet sub radiis Solaribus.

Die 20, 21 et 22 rursus mane diligenter aspexi et nusquam Cometam apparentem vidi, qua-propter aut disparuit aut per motum velociorem directum sub radiis latet Solaribus.

---

Sequitur examinatio Cometae anni 1580 in globo nostro maximo orichalcico per Wilhelmum Johannem Batavum Alchmariensem, dum hic mecum esset anno 1596, in hyeme antecedente diligenter examinati, annotatis correctionibus, locis ad tramitem Cometae et distantiis limitatis, appositis etiam eorundem longitudine et latitudine, prout fert globus ille.

#### Die 10 Octobris.

H. M.		Dist. observ.	Dist. corr.
7 18	A Marcab Pegasi . . . . .	Rad. 15° 20'	
7 25	Ab extrema alae Pegasi . . . . .	Rad. 21 3	
7 45	A media vel 2da in %;"> austri . . . . .	Rad. 3 40	3° 36½'
	Eadem distantia a 6ta %;">.		
9 40	A Marcab Pegasi. . . . .	Sext. 15 25 bona.	
9 54	Ab extrema alac Pegasi . . . . .	Sext. 21 28 bona.	

#### Die 11 Octobris.

7 56	A Marcab Pegasi. . . . .	Sext. 13 48	
8 5	Eadem distantia . . . . .	Rad. 13 54	13 57
8 16	Ab extrema alae Pegasi . . . . .	Sext. 23 57	23 58
8 23	Ab ore Pegasi . . . . .	Sext. 19 26	
8 32½	A capite Pegasi . . . . .	Sext. 11 46	11 42
8 39	Inter lucidam colli Pegasi et Cometam . . . . .	Sext. 9 39	9 43
9 15	A media in dextra manu ॥ et ab 2da in capite %;"> .	Rad. 6 20	

#### Die 12 Octobris.

7 40	A dextro humero ॥ . . . . .	Rad. 7 36	7 38
7 48	A capite Pegasi . . . . .	Rad. 6 25	6 23½
8 9	A dextro humero ॥ . . . . .	Sext. 7 31	7 32

H.	M.		Dist. observ.	Dist. corr.
8	15	A capite Pegasi . . . . .	Sext. 6° 18'	6° 16'
12	53	A lucida colli . . . . .	Sext. 7 51	
1	8	A Marcab Pegasi . . . . .	Sext. 14 25	

**Die 13 Octobris.**

7	26	A capite Pegasi . . . . .	Rad. 1 25	1 27
7	54	A media colli . . . . .	Rad. 8 52	9 14
8	0	Ab ore Pegasi . . . . .	Rad. 8 32	
8	26	A parvula in capite Pegasi . . . . .	Sext. 1 16	1 36½
8	45	A media colli Pegasi . . . . .	Sext. 9 14	9 22½
8	50	Eadem distantia . . . . .	Rad. 9 10	
8	55	Ab ore Pegasi . . . . .	Sext. 8 20	
		Paulo post eadem dist.	Rad. 8 19	
9	20	A media colli Pegasi . . . . .	Sext. 9 12	
9	30	Ab humero dextro ≈≈ . . . . .	Sext. 5 33	5 30
10	35	Eadem . . . . .	Sext. 5 31	5 31
10	50	Eadem . . . . .	Sext. 5 32	5 31

**Die 17 Octobris.**

9	0	Ab ore Pegasi . . . . .	Sext. 11 14	
9	11	Ab Aquila . . . . .	Sext. 16 39	16 45½
9	21	A lucida in manu Antinoi . . . . .	Sext. 16 37	16 31
9	32	A sinistro humero ≈≈ . . . . .	Sext. 18 31	18 27
9	47	A suprema lucidiore Delphini . . . . .	Sext. 6 5	5 53

**Huenae die 21 Octobris.**

6	27½	A lucida in Delphino . . . . .	Sext. 8 43	
6	34	Ab Aquila . . . . .	Sext. 6 15	
6	42½	Ab ore Pegasi . . . . .	Sext. 25 47	
7	13½	Ab ore Pegasi . . . . .	Sext. 25 52	
7	19½	Ab Aquila . . . . .	Sext. 6 18	

**Helsingburgi die 21.**

7	50	Inter lucidam Vulturis et Cometam . . . . .	Rad. 6 20	bona.
8	15	A cauda Vulturis . . . . .	Rad. 13 30	bona.
8	25	A capite Cygni . . . . .	Rad. 15 5	15 3
9	0	A lucida Vulturis . . . . .	Rad. 6 21	6 19½
9	10	Ab ore Pegasi . . . . .	Rad. 26 7	25 44
9	20	Eadem distantia . . . . .	Rad. 26 10	
9	45	Cometa a lucida Vulturis . . . . .	Rad. 6 22	

**Die 26 Octobris.**

H. M.		Dist. observ.	Dist. corr.
5 40	A capite Cygni . . . . .	Rad. 11° 30'	
5 50	Paulo post, eadem distantia . . . . .	Rad. 11 32	
6 0	A lucida Vulturis . . . . .	Rad. 12 32	12° 33'
6 20	A capite Cygni . . . . .	Rad. 11 36	11 43
6 30	A borealior et lucidior Teli . . . . .	Rad. 11 28 bona.	
6 55	A cauda Aquilae . . . . .	Rad. 3 32 bona.	
7 5	A capite Cygni . . . . .	Rad. 11 38	11 46½
7 15	A lucida Vulturis . . . . .	Rad. 12 42	12 39
7 30	Eadem distantia . . . . .	Rad. 12 40	
7 45	A capite Cygni . . . . .	Rad. 11 40	11 48
8 0	A cauda Vulturis . . . . .	Rad. 3 32	3 31

**Huenae die 26.**

6 27½	Inter Cometam et Aquilam . . . . .	Sext. 12 22	
6 33	Ab extrema in cauda Aquilae . . . . .	Sext. 3 31	
6 44	Ab extrema in rostro Cygni . . . . .	Sext. 11 37	
6 51½	A lucida in cauda Delphini . . . . .	Sext. 20 38	
7 30	Eadem distantia . . . . .	Sext. 20 41	
7 35	Ab Aquila . . . . .	Sext. 12 22	
7 45	A cauda Aquilae . . . . .	Sext. 3 34	
8 52½	Eadem distantia . . . . .	Sext. 3 33	

**Die 28 Octobris.**

5 3	A cauda Vulturis . . . . .	Rad. 4 25	{ 4 22
5 20	Eadem distantia . . . . .	Sext. 4 25	
5 20	Ab ore Cygni . . . . .	Rad. 12 46	12 57½
5 27	Eadem distantia . . . . .	{ Rad. 12 48 Sext. 12 44	21 30
5 35	A lucida Lyrae . . . . .	Sext. 21 11	
5 38	A lucida Vulturis . . . . .	{ Rad. 15 55 bona. Sext. 15 53	
7 30	Ab ore Cygni . . . . .	Sext. 12 55	
7 36	Inter lucidam Vulturis et Cometam . . . . .	Sext. 16 11	

**Die 29 Octobris.**

6 38	A cauda Vulturis . . . . .	{ Rad. 5 35 bona. Sext. 5 34	
6 47	A capite Cygni . . . . .	{ Rad. 13 24 Sext. 13 29	13 54
6 56	A capite Ophiuchi . . . . .	{ Rad. 18 30 bona. Sext. 18 38	

H.	M.		Dist. observ.	Dist. corr.
7	7	Eadem distantia . . . . .	{ Rad. 18° 32' Sext. 18 37	18° 38'
7	19	A lucida Vulturis . . . . .	{ Rad. 17 18 Sext. 17 16	17 30
7	38	A lucida Lyrae . . . . .	{ Rad. 20 55 Sext. 20 55}	21 3

**Die 30 Octobris.**

6	15	Inter Aquilam et Cometam . . . . .	{ Rad. 18 41 Sext. 18 35	18 57
6	23	A capite Ophiuchi . . . . .	{ Rad. 17 17 bona. Sext. 17 10	
6	29	A lucida Lyrae . . . . .	{ Rad. 20 29 Sext. 20 26	20 46

**Die 31 Octobris.**

5	56	Ab Aquila . . . . .	Sext. 19 55	
6	4	A capite Ophiuchi . . . . .	Sext. 15 50	
6	15	A lucida Lyrae . . . . .	Sext. 20 22	
6	25	Ab ore Cygni . . . . .	Sext. 15 27	
7	51	A capite Ophiuchi . . . . .	Sext. 15 46	
7	57½	Ab Aquila . . . . .	Sext. 20 2	
8	5½	A lucida Lyrae . . . . .	Sext. 20 17	
8	13½	A rostro Cygni . . . . .	Sext. 15 25	

**Helsingburgi die 31.**

5	30	Inter lucidam Vulturis et Cometam . . . . .	Rad. 19 50	20 10
5	35	A capite Ophiuchi . . . . .	Rad. 16 0 bona.	
5	45	A cauda Aquilae . . . . .	Rad. 8 3 bona.	
6	0	Ab Aquila . . . . .	Rad. 19 50	
5	55	Eadem . . . . .	Rad. 20 4	
6	5	A capite Ophiuchi . . . . .	Rad. 15 55	
6	10	Eadem . . . . .	Rad. 15 57 bona.	
6	20	Ab ore Cygni . . . . .	Rad. 15 25	15 48
8	40	A lucida Lyrae . . . . .	Rad. 20 12	20 34
8	45	A lucida Vulturis . . . . .	Rad. 20 8	20 14
8	55	Eadem distantia . . . . .	Rad. 20 5	
9	20	A capite Cygni . . . . .	Rad. 15 28	

**Die 10 Novembris.**

A lucida Lyrae . . . . .	Rad. 22 7
--------------------------	-----------

**Die 12 Novembris.**

II.	M.		Dist. observ.	Dist. corr.
6	0 $\frac{1}{4}$	Distabat a capite Ophiuchi . . . . .	{ Rad. 6° 0' Sext. 6 8	
6	30	A capite Herculis . . . . .	8 12	
6	35	Eadem distantia . . . . .	Sext. 8 20 bona.	
6	45	A capite Ophiuchi . . . . .	Rad. 5 59	6° 9'
6	51	Eadem distantia . . . . .	Rad. 6 1	
7	0	A lucida Lyrae . . . . .	Rad. 23 16	23 27
7	5	A sinistro humero Herculis . . . . .	Rad. 9 48 bona.	
7	19	Eadem distantia . . . . .	Rad. 9 51	
7	25	A capite Ophiuchi . . . . .	Rad. 5 59	
7	40	Eadem distantia . . . . .	Rad. 6 0	
7	45	A cauda Aquilae . . . . .	Rad. 19 30	

**Die 13 Novembris.**

6	28	A capite Ophiuchi . . . . .	5 31	5 34
6	38	A capite Herculis . . . . .	7 26 bona.	
6	46	A sinistro humero Herculis . . . . .	9 25 bona.	
7	38	A lucida Lyrae . . . . .	23 44	
7	43	A lucida Aquilae . . . . .	33 24	

Duae postremae observationes sunt factae Cometa existente  
admodum obscuro in horizontis vicinitate.

**Die 15 Novembris.**

5	36	A capite Ophiuchi . . . . .	4 48	
5	45	A capite Herculis . . . . .	5 54	
6	0	Eadem distantia . . . . .	5 55	
6	9	A capite Ophiuchi . . . . .	4 48 $\frac{1}{2}$	

**Die 17 Novembris.**

7	35	A capite Herculis . . . . .	Rad. 4 20	
7	46	A capite Ophiuchi . . . . .	Rad. 4 28	

**Die 13 Decembris.**

6	25	A lucidiore sinistri humeri Ophiuchi . . . . .	Rad. 7 29	8 20
6	42	Ab altera lucidiore in dextro humero ejusd. . . . .	Rad. 14 45	15 27
6	49	A capite Ophiuchi . . . . .	Rad. 16 0 bona.	

Distantiarum per diversa instrumenta sumptarum, ut viae Cometae correspondeant, correctio ex globo magno orichalcico.

Sequitur Cometae anni 1580 tam quoad longum quam latum ex distantiis et declinationibus desumpta delineatio et temporum ad quamcunque observationem correspondentia, ita ut 17 minuta pro 20 annis pro longitudine subtrahenda sint, quia in globo orichalcico sumptae sunt, ubi stellarum loca ad annum 1600 disposita sunt.

	H.	M.	Longitudo.	Latitudo B.	Ascens. R.	Declinatio.
Octobris die 10	7	45	36 13° 41½'	4° 22'	343° 19½'	2° 23½' A
	9	40	36 13 26½	4 38	342 57½	2 15 A
	9	54				
11	8	5	36 9 43	7 56	338 17	0 34 A
	8	16				
	8	32½	36 9 37½	8 0	338 10	0 32½ A
	8	39				
	9	15	36 9 33½	8 4	338 5	0 30 A
12	7	40	36 5 33	11 31	333 8	1 16 B
	7	48				
	8	9	36 5 27½	11 37½	333 0	1 18½ B
	8	15				
13	7	26	36 1 26	14 57	328 9	3 1 B
	7	54				
	8	26	36 1 15	15 8	327 56	3 6 B
	8	45				
	9	30	36 0 43½	15 31	327 20	3 17½ B
	12	0				
17	9	11	35 15 0	26 54	309 42	9 25 B
	9	21				
	9	32	35 14 55	26 27	309 37½	9 26 B
	9	47				
21	7	50	35 0 39	34 26	295 37	13 38 B
	8	15				
	8	26	35 0 33	34 30	295 32½	13 40 B
	9	0				
	9	10				
26	6	0	35 16 42½	39 15	283 28	16 30 B
	6	20				
	6	30	35 16 37½	39 17	283 21½	16 31½ B
	7	55				
	7	5	35 16 28	39 19½	283 13	16 33 B
	7	15				
	7	45	35 12 10	40 20	279 44	17 14 B
	8	0				
28	5	3	35 11 53	40 21	279 35	17 15 B
	5	20				
	5	35	35 9 53	40 45	277 51½	17 29 B
	5	38				
29	6	38	35 9 52	40 45	277 47	17 30 B
	6	47				
	6	56	35 9 52	40 45	277 47	17 30 B
	7	7				
	7	19	35 9 52	40 45	277 47	17 30 B
	7	38				

	H. M.	Longitudo.	Latitudo B.	Ascens R.	Declinatio B.
Octobris die 30	6 15	W 7° 54'	41° 4'	276° 17'	17 43
	6 23				
	6 29				
31	5 30	W 6 8	41 20	274 50½	17 55
	5 35				
	5 45				
	6 10	W 6 2	41 20½	274 45½	17 55½
	6 20				
	8 40				
	8 45				
Novembris die 12	6 45	† 19 52½	41 37	262 2	18 23
	7 0				
	7 5				
	et seqv.				
13	6 28	† 18 45	41 16	261 7½	18 8
	6 38				
	6 46				
15	5 36	† 16 49½	40 44	259 32	17 42
	5 45				
17	7 35	† 14 52½	40 9	257 55½	17 15
	7 46				
Decembris die 13	6 25	† 4 7½	24 17	247 30½	2 50
	6 42				
	6 49				

*Pro Correctione temporum in Cometa anni 1580.*

	H. M.	Fuit dext. hum. ☰ in Azimuth 0° 50', Alt. 31° 48'.	Gradus Aequatoris in Meridiano.
Octobris die 11	8 50½		
	3 21½	.....	50° 20'
	12 6 27	.....	250 0
	2 3½	Aldeboram in Merid.	
	3 20½	Sinister pes Orionis in Merid.	
	13 6 5½	.....	296 32
	6 5½	.....	297 30
	2 43½	Post medium noctem . . . . .	65 45
	17 6 17½	.....	30½ 18
	10 5½	Extrema alae Pegasi in Merid.	
	20 11 0	.....	25 30
	21 6 17½	.....	352 36
	7 7	.....	5 24

Gradus Aequatoris  
in Meridiano.

	H.	M.		
Octobris die 26	5	39 $\frac{5}{12}$	.....	307° 27'
	5	54 $\frac{1}{12}$	.....	333 34
	5	32	.....	304 3
	5	51	.....	308 43
	10	28 $\frac{1}{12}$	.....	13 39
	30	5 13 $\frac{1}{2}$	.....	302 24
	5	26 $\frac{1}{8}$	.....	305 40
	31	4 53 $\frac{1}{3}$	.....	305 40
	7	19	.....	336 25
Novembbris die 15	9	12 $\frac{1}{3}$	.....	0 53
	4	55	Transivit os Pegasi Merid.	
	17	7 30	Caput Andromedae transivit Merid.	
	25	6 0	Scheat Pegasi transivit Merid.	
Decembris die 13	6	42	mane .....	192 25

Haec tempora ad horologium majus accepta sunt.

Observationes Cometae,  
qui apparuit mense Majo anni 1582.

*Hae observationes sunt exquisite satis in hoc Cometa factae, adeo ut nullius scrupuli subsit sensibilis error, praesertim in iis, quae per distantias beneficio Sextantis acceptae sunt; tempora etiam assignata satis bene se habent, ut tulo te iis fundare queas.*

Die 12 Maii.

H. 10 $\frac{1}{2}$  vesperi apparuit nobis crinita quaedam stella non ita procul ab horizonte, magnitudinis mediae inter secundam et tertiam. Videbatur autem esse tertiae propter vicinatatem ☽, colore item livido, et cauda vergente versus minorem humerum Erichtonii.

II.	M.	
10	47	Distantia ejus a lucidiore humero Erichtonii. . . . . 10° 50'
		per Radium (nam per hoc instrumentum omnes observationes eo vespere factae sunt).
10	51	Distantia ab inferiori capite II . . . . . 36 32
10	55	Eadem distantia . . . . . 36 30
11	0	Distabat Cometa a lucidiore humero Erichtonii . . . . . 10 47
11	3	Eadem distautia . . . . . 10 37
11	8	Eadem distantia . . . . . 10 36
		Posteriora duae minus sunt certae, quod Cometa nimis vicinus esset horizonti, atque lumen ejus ab exhalationibus interciperetur.
11	18	Observavit M. Johannes eandem distantiam . . . . . 10 45
11	24	A media caudae ad humerum Erichtonii . . . . . 4 58

Distabat autem medium extremitatis caudae ab altera minori in humero Erichtonii, ubi terminabatur, circiter 3 gradus, quanta apparet esse distantia duarum extremarum in rota Ursae minoris. Visa est cauda Cometae terminari perpendiculariter infra minorem humerum Erichtonii, distans ab eo paulo minus, quanta est distantia capitis Cassiopeiae et Schedir, duobus quasi gradibus. Distabat autem humerus lucidior a parte caudae sibi proxima per Radium 5 gradibus. Hinc potest cognosci caudae incurvatio.

### Die 13 Maji.

H. 10 32. Vidimus Cometam quasi in  $23^{\circ}$  Azimuth a Meridiano septentrionali versus occasum, habens Altitudinem quasi  $7^{\circ}$ . Sed facta est haec observatio *εν πλατει* cum propter subitam Cometae in nubibus occultationem certa observatio haberi non potuerit.

### Die 17 Maji.

H.	M.	S.	
10	40	30	Caput Cometae ab inferiori capite II . . . . . $30^{\circ} 40'$ per Sext. trig.
10	51	27	Cometae Azimuth a sept. versus occasum . . . . . 21 30 Alt. $12^{\circ} 27'$
11	0	10	Lucida Coronae transivit Merid. muro notatum.
11	6	20	Cometa ab inferiori capite II. . . . . 30 42
11	8	0	Lucida colli Serpentis transivit Meridianum per Armillas notatum.
11	11	10	Cometa ab inferiori capite II . . . . . 30 37
11	14	10	Eadem distantia . . . . . 30 $37\frac{1}{2}$
11	17	50	Eadem . . . . . 30 42
11	22	30	Eadem . . . . . 30 $37\frac{1}{2}$ <sup>1)</sup>
11	24	0	Maxime borealis trium in fronte $\eta$ transivit Meridianum, per Armillas notatum.
11	27	30	Cometa ab humero Erichtonii lucidiore . . . . . 3 $52\frac{1}{2}$
11	32	30	Cometa ab humero Erichtonii minus lucido . . . . . 4 39
11	46	50	Cor $\eta$ transivit Meridianum, per Armillas notatum.
11	46	52	Cometae Azimuth a sept. versus occasum . . . . . 11 23 Alt. $10^{\circ} 11'$

*Cometa hoc vespere erat admodum parvus ut stella 4<sup>tae</sup> magnitudinis fere vix multum apparens.*

H.	M.	S.	
0	12	10	Cometa a dextro humero Erichtonii . . . . . $4^{\circ} 42'$
0	20	10	Cometa a lucidiore humero Erichtonii . . . . . 3 50

Circa hoc tempus cauda Cometae vergebant versus australiorem duarum in anterioribus Ursae majoris rotis; *erat autem admodum tenuis et brevis vix trium graduum quoad longitudinem.*

H.	M.	S.	
0	29	0	Lucidior humeris Erichtonii transivit Meridianum septentr. Altitudo ejus . . . . . $11^{\circ} 26'$
0	47	50	Cometa transivit Merid. sept. habens Alt. . . . . 9 36
1	11	50	Dexter humerus Erichtonii transivit Meridianum sept. Altitudo capi non potuit propter matutinum diluculum.

<sup>1)</sup> Adscriptum: *Parallaxis Cometas ex his omnibus observationibus nusquam commode inveniri potest, praeterquam ex animadversione facta die 17 Maji H. 10 51 $\frac{1}{2}$  et mane sequenti H. 0 47 $\frac{1}{2}$  in Meridiano.*

Proxime sequenti meridie horologium majus, quo in his observationibus usi sumus, 29 sec. celerius movebatur, sed non erat correctum per quadriduum. Solis autem transitus ad murum observabatur, licet id non sit satis evidens, cum ita quidem in orbe C sit differentia 2 minutorum.

*Ex his per globum colligitur Cometam hunc intervallo, dierum 5, in suo circulo absoluisse partes 12, adeo ut singulis diebus non multum ultra binos gradus conficiat.*

### Die 18 Maii.

Visus est nobis Cometa vesperi admodum exiguus, quem tamen εν πλατει observavimus.

II. M.

10	33½	Distantia Cometae ab inferiori capite II . . . . .	29° 47'	per Sext. trig.
10	36	Eadem distantia . . . . .	29 56	
		Cometa ab humero dextro Erichtonii . . . . .	3 22	} per Radium.
10	54	paulo post, eadem distantia . . . . .	3 24½	

*Ex hoc tempore iste Cometa nobis non amplius apparuit, tum quia admodum imminentulus circa hoc tempus disparuit, tum quia lumen nocturnum in hac poli sublimitate successive magis magisque augebatur, ob Solem in ipsa media nocte non multum infra horizontem remotum et ob id noctem minus tenebrosam efficientem, cum circa extremam circumferentiam umbrae Terrenae nos versari conveniat.*

## Observationes Cometae

Anni 1585.

Die 18 Octobris cum Hafnia domum essem reversus inter 9 et 10 vespertinam, volens meo more sidera observare, cum esset post diurnas obscuritates, pluvias et tempestates admodum serenum et tranquillum: animadverti ex improviso in lino australiori, quod tendit ad Piscem meridionalem, stellam quandam subobscuram et quasi nebulosam, quae tamen magnitudine stellas primi honoris aequaret, sed non adeo splendido lumine lucebat, verum potius raro, tenebroso et nebuloso respectu aliarum stellarum: ita ut non multum differret a nebuloso gyro  $\omega$ ; erat tamen in meditullio paulo clarior, quam circa extremitates, quae successive et in rariusculum et subtenebrosum lumen desinebant. Locus ejus tum erat juxta tertiam a nodo lini Australis paulo super eam versus manum boream Andromedae, idque non in majore distantia, quam est duarum parvarum in pectore Pegasi et vix tamen tanta. Nec multum tunc removebatur a stella Saturni, ferme Achronicii, sed erat orientalior ad intervallum quasi primae  $\alpha$  stellae, et lucidae in altero cornu, eratque quasi in eadem altitudine et declinatione cum Saturno, nisi quod ipso videbatur paulo borealior. Attendebam eum usque in horam quasi 11, priusquam Meridianum perlingeret, caetera observationes per instrumenta factae enucleatus indicabunt. Retulit quidam e studiosis meis, Helias nomine, se animadvertisse illum ante paucas praeteritas noctes, sed certo non sibi constitisse, quidnam esset, idque a die 13 hujus circa eundem quasi locum.

*Verisimile itaque fuerit, eum incepisse circa Novilunium proxime antecedens.*

Si ultimas radiorum extremitates spectares, accuratius ferme Jovis stellam adaequabat, nisi quod non tam claro sed potius subobscurro, ut dixi, lumine esset conspicuus, ideoque minor oculis ingerebatur, quam revera extitit, apparuit vero exquisite undequaquam rotundus, ut nullam caudam vel barbam in ullam partem magis quam in alteram protendere visu discerni potuerit.

Observationes hujus Cometae habent se in hunc modum, ut sequitur.

### Die 18 Octobris.

H. M.

9	55	Declinatio Cometae Borealis . . . . .	4°	23½'
		per Armill. subt. Altero pinnacidio . . . . .	4	24½'
10	0	Distantia a tercia stella in nodo lini $\Sigma$ australis tunc in recta quasi linea ducta a stella polari cum ipso Cometa. .	1	13 }
			1	13 } per Radium.
			1	14 }

## Per Armillas subterraneas majores.

H.	M.	Aldeboram a merid. versus ortum.		Cometa a merid. etiam versus ortum.		Distantia aequatoria.	
		56°	11'	12°	24½'	43°	46½'
10	15	55	9 $\frac{3}{4}$	11	24	43	45 $\frac{3}{4}$
10	19	54	4 $\frac{1}{2}$	10	17 $\frac{1}{2}$	43	47
10	24	53	0 $\frac{1}{2}$	9	15	43	45 $\frac{1}{2}$
10	28	51	30	7	45	43	45
10	34	50	48	7	4	43	44
10	40	49	57	6	14	43	43
10	43	49	7	5	24 $\frac{3}{4}$	43	42 $\frac{1}{2}$
10	47	48	4 $\frac{3}{4}$	4	22 $\frac{1}{2}$	43	42 $\frac{1}{4}$
10	51 $\frac{1}{2}$	47	12 $\frac{1}{4}$	3	30	43	42 $\frac{1}{2}$

Tempora itaque correcta ex distantia oculi 8 a Meridiano in circulo Aequatoris.

Transivit autem oculus 8 hoc die per Meridianum P. M. H. 13 59 $\frac{5}{6}$ , siquidem Asc. R. ☽ fuit in meridie 212° 33' et Asc. Aldeboram 63° 5'.

Deinde cum fere in Meridiano esset Cometa, fuit declin. ejus B. 4° 27'.

H.	M.						
11	5	circa.	Altitudo Cometae in Meridiano per Quadr. Tych.	38° 34 $\frac{1}{6}$ '			
			per Quadrantem portatilem	38 34			
11	8	Inter Cometam et Aldeboram		44 22 $\frac{1}{2}$	<i>Declinatio 4 28</i>		
11	11	Eadem		44 22 $\frac{1}{2}$			
11	15	Eadem		44 22			
11	26	Inter Cometam et extremam alae Pegasi		22 41 $\frac{3}{4}$			
11	28	Eadem		22 41 $\frac{5}{6}$	<i>per Sext. trig.</i>		
11	30	Eadem		22 41 $\frac{5}{6}$			
11	33	Eadem		22 41 $\frac{3}{4}$			
11	35	Eadem		22 41 $\frac{5}{6}$			
11	37	Eadem		22 41 $\frac{5}{6}$	<i>εν πλατει.</i>		
11	48	Inter Cometam et h		5 25			
				5 26			
11	55	Repetita declinatio Cometae per Armillas subt.		4 32			
			Altero pinnacido	4 31			

## Die 19 Octobris A. M.

H.	M.						
0	40	Repetita distantia Cometae et Aldeboram		44 13 $\frac{1}{3}$			
0	43	Eadem		44 13	<i>per Sext. trig.</i>		
0	45	Eadem		44 12			
0	48	Eadem		44 12 $\frac{3}{4}$			

<sup>1)</sup> In manuscripto in 4to adscriptum a Tychone: *Hora 10 15 Diff. Asc. 43 46, declin. 4 25.*

H. M.	Aldeboram a Merid. versus ortum.	Cometa a Merid. versus occasum.	Distantia aequatoria.
0 59	15° 41½'	27° 53'	43° 34½' { per
1 31½	14 4	29 30	43 34 } Armillas.
<b>H. M.</b>			
1 4½	Declinatio Cometae B . . . . .	4° 35'	
1 15	Repetita distantia Cometa et Aldeboram . . . . .	44 10	
1 26	Eadem . . . . .	44 9½	{ per Sextantem.
1 30½	Eadem . . . . .	44 9½	
	<i>Pone declinationem 4 36½ aut 37.</i>		
1 49	Inter Cometam et caput Andromedae . . . . .	31 3	
1 56	Eadem . . . . .	31 2	{ per Sextantem.
2 6½	Eadem . . . . .	31 3	
2 26	Inter Cometam et extremam alae Pegasi . . . . .	22 51	
	per Sextantem trigonicum, sed non erat satis serenum.		
2 44	Visa est inter nubes Altitudo Cometae . . . . .	24 20	
	per Quadrantem minimum; postea nubibus ita obducebatur, ut diutius hac nocte neque observari neque conspici potuerit.		

NB. Tempora omnia praecedentium observationum sunt ex distantia oculi 8 a Meridiano correcta.

Supputatus autem est locus Cometae hujus ad horam 10½ P. M. et ad horam 1 0 P. M. N., ut sequitur.

H. M.		
10 15	Differentia Ascensionis R Cometae et Aldeboram . . . . .	43° 46½'
	Ascensio R oculi 8 . . . . .	63 5½
	Ascensio R Cometae . . . . .	19 19
	Declinatio Cometae Borealis . . . . .	4 25
	Hinc provenit longitudo Cometae . . . . .	19 29 39 90
	Latitudo merid. . . . .	3 29 41 M.
13 0	Ascensio R Cometae . . . . .	19 31
	Declinatio Cometae Borealis . . . . .	4 34½
	R longitudo Cometae . . . . .	19 44 11 90
	Latitudo merid. . . . .	3 25 52 M.

### Die 20 Octobris.

H. M.		
9 42	Distantia inter Cometam et Aldeboram . . . . .	40° 35'
	per Sextantem trigonicum inter nubes <i>ideoque non satis certa.</i>	
11 34	Inter Cometam et Aldeboram . . . . .	40 24½ { per Sextantem,
11 40	Eadem <sup>1)</sup> . . . . .	40 23 } non satis certa.
11 55	Declinatio Cometae borealis . . . . .	7 41½ } per Armillas
	Altero pinnacilio . . .	7 42 } subterraneas.

<sup>1)</sup> Postea adscriptum: H. 11½ pone distantiam 40° 26', declinationem 7° 40'.

## Die 21 Octobris A. M.

In sequentibus observationibus erat serenius.

	24 a Merid. versus ortum.	Cometa a Merid. versus occasum.	Differentia Asc. R̄ utriusque.
H. M.			
0 0	$34^{\circ} 4\frac{1}{2}'$	$11^{\circ} 35'$	$45^{\circ} 39\frac{1}{2}'$
0 4	33 7	12 33	45 40
0 6	32 34	13 6 $\frac{1}{2}$	45 40 $\frac{1}{2}$
			per Armillas.
H. M.			
0 12	Distantia inter Cometam et Aldeboram . . . . .	$40^{\circ} 24'$	incerta.
0 14	Eadem per Sext. trig. . . . .	40 22	per Sext. trig.
0 17	Eadem . . . . .	40 23	
0 21	Eadem . . . . .	40 22 $\frac{1}{4}$	
0 26	Declinatio Cometae Borealis per Armillas . . . . .	7 43	
		Altero pinnacido . . .	7 43 $\frac{1}{2}$
	Aldeboram a Merid. versus ortum.	Cometa a Merid. versus occasum.	Differentia Asc. R̄ utriusque.
H. M.			
0 30 $\frac{1}{2}$	$20^{\circ} 30'$	$19^{\circ} 56'$	$40^{\circ} 26'$
0 33 $\frac{3}{4}$	19 37	20 46	40 23
0 37	18 43 $\frac{1}{2}$	21 40	40 23 $\frac{1}{4}$
0 51	15 11	25 11	40 22
0 54	14 34	25 46	40 20
			per Armillas subt.
H. M.			
1 6	Repetita declinatio Cometae . . . . .	7 47 $\frac{1}{2}$	
		Altero pinnacido . . .	7 48
1 15	Repetita distantia Cometae et Aldeboram . . . . .	40 16	
	per Sext. trigonicum; non erat satis serenum.		

NB. Tempora praecedentium observationum sunt correcta.

Hac nocte visus est nobis Cometa, quamdiu coelum caliginosum non fuit, eodem lumine obscuro et nebuloso instar tenebrosi gyri  $\odot$  et eadem quantitate, qua diei 18 nocturno tempore apparuit, nisi quod obscure *vestigium tenelli cuiusdam radioli* versus occasum effundere videbatur, *ut in ea parte non exquisite rotundus luceret.*

## Inquisitio loci Cometae ad praecedentium diei 20 observationum tempora aliquot.

H. 9 42' P. M.	Distantia inter Cometam et Aldeboram . . . . .	$40^{\circ} 35'$
	Declinatio Cometae Borealis . . . . .	7 40
	Hinc provenit Differentia Asc. R̄ utriusque . . . . .	40 42
	et Ascensio R̄ Cometae . . . . .	22 23
	Hinc fit longitudō Cometae . . . . .	23 32 $\frac{3}{4}$ $\odot$
	latitudo . . .	1 37 $\frac{1}{2}$ Mer.

Sed huic loco non satis exacte fidendum, quia non erat tunc satis serenum.

II. 12° 15' Differentia Asc. R Cometae et Aldeboram ex distantia proveniens 40° 30'

Fig. 13.	A Aldeboram.	Asc. R oculi 8 . . .	63 5½
	C Cometae.	Asc. R Cometae . . .	22 35½
Latus BA =	74° 24'	Declinatio . . . . .	7 43
Latus BC =	82 17	R long. . . . .	23° 45' 8" ὁρ
Latus AC =	40 24	latitudo . . . . .	1 38 55 Merid.
Ang. ABC =	40 30	H. 12 54' P. M. Asc. R Cometae	22 45 30
		Declinatio Borealis .	7 47
		Longitudo Cometae .	23 55 52 ὁρ
		Latitudo Merid. . .	1 38 51

His  
tutius  
fide.

Hac nocte, diem 20 Octobris sequenti, propter nubes subinde recurrentes, Cometam liquido intueri ante horam noctis 12 non potuimus. Post medium vero noctem, dissipatis aliquamdiu nubibus, fuit mediocriter serenum, atque tum temporis praescriptas observationes secundo fecimus; postea circa horam 1½ est coelum rursus nubibus obductum, ut Cometam diutius aspicere non licet. Porro et illud notandum, quod die 19 post meridiem incepit coelum nubibus obduci, et caliginosum sequenti nocte ac die fere quoque 20, obscurum usque ad horam praeponitam inchoantis diei 21 fuerit, sed tere tranquilla aëris, non citra gelu leniter spirante Aquilone, constitutio.

H. 0 30 P. M. N. 20 Octobris fuit:

Differentia Ascens. R Cometae et Aldeboram . . . . .	40° 26'
Ascensio Recta Cometae . . . . .	22 39½
Declinatio Cometae Borealis . . . . .	7 45
Hinc fit longitudo Cometae . . . . .	23 49½ ὁρ
Latitudo Mer. . . . .	1 38½

### Die 22 Octobris.

H. M.			
8 24	Declinatio novi Cometae . . . . .	10° 20' B	
8 28	Eadem . . . . .	10 21½ B	
	Minus apparebat Cometa tum ob propriam luminis tenuitatem tunc ob C splendorem.		
8 41	Oculus 8 a Merid. versus ortum . . . . .	75° 26'	
	Cometa a Merid. etiam versus ortum . . . . .	37 36	Altitudo 35½
	Differentia Ascens. R utriusque . . . . .	37 50	
	Ergo erat Ascens R Cometae . . . . .	25 15	
	Declinatio . . . . .	10 22	B

In sequentibus observationibus melius conspiciebatur Cometa.

H. M.	Oculus 8 a Mer. versus ortum.	Cometa a Merid. etiam ad ortum.	Dist. aequatoria
			utriusque.
10 0	56° 6'	18 25½	37 40½
10 2	55 5½	17 25½	37 40
10 6	54 17	16 36½	37 40½
H. 10 10½ Decl. Com. 10° 27½' B. Alt. 43½°.			

	Oculus 8 a Mer. versus ortum.	Cometa a Mer. etiam ad ortum.	Distantia aequatoria.
H. M.			
10 21	50° 36' $\frac{1}{4}$	12° 57' $\frac{1}{4}$	37° 39'
10 23	49 58	12 20	37 38
10 26	49 21	11 42 $\frac{1}{2}$	37 38 $\frac{1}{2}$
H. M.			
10 32	Declinatio Cometae B. . . . .	10° 29' $\frac{1}{2}$	Alt. Com. 44°
10 49	Declinatio Capellae B. . . . .	45	28
	Distantia aequat. inter Cometam et Capellam tunc observ. .	46	8 $\frac{1}{2}$
10 55	Aequatoria distantia Cometae et Capellae . . . . .	46	11 $\frac{1}{2}$
	Sed his duabus observationibus Cometae ad Capellam factis non poteris satis fidere.		
11 7	Declinatio Cometae . . . . .	10° 30'	B. Alt. 44° 20'
11 12 $\frac{1}{2}$	Transivit Cometa per Meridianum.		
11 14 $\frac{1}{2}$	Declinatio Cometae repetita . . . . .	10	30 $\frac{1}{2}$ B.
	Oculus 8 a Merid. versus ortum.	Cometa a Merid. versus occasum.	Distantia aequatoria.
H. M.			Altitudo Cometae.
11 26	34° 14' $\frac{3}{4}$	3° 20'	37° 34' $\frac{3}{4}$
11 29	33 30	4 5	37 35

## Die 23 Octobris A. M.

	Oculus 8 a Merid. versus ortum.	Cometa a Merid. ad occasum.	Distantia aequatoria.	Altitudo Cometae.
H. M.				
0 12	22° 18' $\frac{1}{2}$	15° 11'	37° 29' $\frac{1}{2}$	43° 0'
0 17	21 30	16 2	37 32	42 50'
0 20	20 48 $\frac{1}{2}$	16 43 $\frac{1}{2}$	37 31 $\frac{1}{2}$	42 30
0 24	19 40	17 51 $\frac{1}{2}$	37 31 $\frac{1}{2}$	42 0
H. 0 M. 30.	Declinatio Cometae 10° 33' Bor.			
H. M.			Distantia per Sext.	Altit. Com.
0 41	Inter Cometam et Capellam . . . . .		52° 31'	41° 50'
0 44	Eadem . . . . .		52 29 $\frac{1}{2}$	41 30
0 51	Eadem . . . . .		52 29 $\frac{1}{2}$	40 45
1 15	Inter Cometam et Aldeboram . . . . .		36 53 $\frac{1}{4}$	38 45
1 18	Eadem . . . . .		36 52 $\frac{5}{8}$	38 20
1 21	Eadem . . . . .		36 52 $\frac{5}{8}$	38 10
1 24	Eadem . . . . .		36 52 $\frac{1}{4}$	38 0
2 24	Inter Cometam et Capellam . . . . .		52 24	31 10
2 34	Eadem . . . . .		52 24	29 30
2 41 $\frac{1}{2}$	Declinatio Cometae . . . . .	10° 39' $\frac{1}{4}$ Bor. per Arm. subt.		
	Altitudo Cometae . . . . .	29 0	per Quadr. minimum.	
3 8 $\frac{1}{2}$	Inter Capellam et Cometam . . . . .	52 20		
	per Sext. trigonicum, non satis exquisite.			

	Oculus 8 a Merid. ad occasum.	Cometa a Merid. versus occasum.	Distantia aequatoria.	Altitudo Cometae.
H. M.				
3 35	28° 4½'	65° 29'	37° 24½'	22° 10'
3 40½	29 18½	66 43¾	37 24½ <sup>1)</sup>	21 50
3 44	30 6½	67 31½	37 25	21 25
3 47	30 56½	68 21	37 24½ <sup>2)</sup>	21 0

[Pone hora 3½ distantiam aequatoriam 37° 24½' in alt. 21½° Declin. 10 42½J<sup>3)</sup>.

[Ad horam 3½ dist. aequat. Cometae ab Aldeboram 37° 24½, Declinatio Cometae B. 10° 42½, Asc. R. 25 41

Hinc provenit Longitudo Cometae 27° 41' °, Latitudo Bor. 0 1½]<sup>3)</sup>.

H. M.				
3 52	Declinatio Cometae B. . . . .	10° 43'		

<sup>3)</sup>	3 52	10 43	
	11 7	10 30	
	4 45	13	

#### Distantia per Sext. Altitudo.

4 5	Inter Cometam et Aldeboram . . . . .	36° 40'½	18° 40' <sup>3)</sup> Decl. 10 44
4 9	Eadem . . . . .	36 40	18 0
	<sup>3)</sup> Accipe . . . . .	36 40½	

Hac nocte praesertim post occasum C apparuit Cometa eodem lumine et quantitate, qua superius nocte 20 diem secuta conspiciebatur, atque radium quendam versus occasum ad huius stellam effundebat *quasi unius spitami longitudine, sed oportebat admodum acute intueri, si caudula illa videri posset, alias non apparuit*<sup>4)</sup>. Quod ad tempora observationum attinet, poteris notare, quod circa 9 horam hoc die 23 A. M. ex ☽ horologii error insensibilis, [duobus saltem minutis tardior]<sup>4)</sup> fuerit, [quare satis tuto hisce temporibus assignatis uti poteris absque omni sensibili errore]<sup>1)</sup>.

Ex praecedentibus hisce observationibus ad tempora aliquot investigatus est locus Cometae in hunc modum ut sequitur.

#### Die 22 Octobris.

H. 10 0	Differentia Asc. R. Cometae et Aldeboram . . . . .	37° 40'½
	Ascensio R. Oculi 8 . . . . .	63 5½
	Ascensio R. Cometae . . . . .	25 25
	Declinatio Cometae . . . . .	10 27 B.
	Hinc fit Longitudo Cometae . . . . .	27° 20' 47" °
	Latit. Mer. . . . .	0 7 7
H. 11 26	Differentia Asc. R. Cometae et Aldeboram . . . . .	37° 34'½
	Ascens. R. Aldeboram . . . . .	63 5½
	Ascens. R. Cometae . . . . .	25 31
	Declinatio ejusdem . . . . .	10 31 Bor.
	Hinc longit. Cometae . . . . .	27° 27' 46" °
	latitudo ejusdem . . . . .	0 5 30 Mer.

<sup>1)</sup> Sic in msc. in fol., sed msc. in 4to habet: H. 3 40, Oculus 8 a merid. 29 18½, Cometa ad occ. 66 43¾, Dist. aeq. 37 24½.

<sup>2)</sup> Sic. in ms. in fol. sed in ms. in 4to legitur: Oculus 8 a merid. 30 56½, Com. a merid. 68 21, Dist. aeq. 37 24¾.

<sup>3)</sup> Postea adscriptum.

<sup>4)</sup> Tychonis manu inserta haec.

H. 15 35 P. M. Differentia Ascens. $\bar{R}$ Cometae et Aldeboram . . . . .	$37^{\circ} 24' \frac{1}{2}$
Ascensio $\bar{R}$ Aldeboram . . . . .	63 5 $\frac{1}{2}$
Ascensio $\bar{R}$ Cometae . . . . .	25 41
Declinatio ejusdem . . . . .	10 41 Bor.
Longitudo Cometae . . . . .	$27^{\circ} 40' 33'' \text{ } \varphi$
Latitudo ejusdem . . . . .	0 0 16 Bor.
[Melius aliter H. 15 $\frac{3}{4}$ dist. aequat. . . . .	37 24 30
Declinatio . . . . .	10 42 30
Longitudo . . . . .	27 41 0 $\varphi$
Latitudo . . . . .	1 40 BJ <sup>1)</sup>

Fig. 13. A Oculus 8

C Cometa.  
 BA = 74 24  
 BC = 79 16 $\frac{1}{2}$   
 AC = 36 40 $\frac{1}{2}$   
 ABC = 37 22 $\frac{1}{2}$   
 Aldeb. Asc. 63 5  
 Com. Asc. 25 42 $\frac{1}{2}$

H. 16 5 Differentia Ascens  $\bar{R}$  Cometae

et Aldeboram . . . . .  $37^{\circ} 22\frac{1}{2}'$   
 ex dist. ejus ab Aldeb. . . . .  $36^{\circ} 40\frac{1}{2}'$  per Sextantem.  
 Hinc fit Ascensio  $\bar{R}$  Cometae . . . . .  $25^{\circ} 43' 0''$   
 Declinatio illius . . . . . 10 43 30 sept.  
 Longitudo Cometae . . . . . 27 43 20  $\varphi$   
 Latitudo ejusdem . . . . . 0 1 54 Bor.

Oportebit conferre proportionaliter motus a die 18 in 20 et a 20 in 22, ut constare possit, in quantum varietur successive motus diurnus, idque pro habenda ratione exquisitiore parallaxeos Cometae, si qua forte ingeratur a loco 90 gradus vel meridiano, donec declivior horizonti appropinquat.

Nota. Die 26 a nocte praecedente, praesertim vero ipso die 26 fuit validissima et maxima tempestas ventorum, flante intensissime noto, et deinde libanoto tanto impetu, ut terra marique plurima damna fierent, et homines vix sub dio incedere possent; aderant etiam intermixtae pluviae. Applicuit tunc  $\zeta$  ad locum Cometae cum eadem serme latitudine septentrionali, sed accessit et hoc, quod circa hunc diem ♀ oriretur cum Arcturo et ♀ erat in ♂ cum Sole vel prope.

Nota. Colligitur ex antecedente observatione, quod Cometula transiverat Eclipticam, motu apparente, die 22 Octobris horis a meridie elapsis 14 minutis 40 P. M., et quod tunc fuerit ejus longitudo  $27^{\circ} 38' \varphi$ .

Novilunium proxime antecedens Cometam erat Octobris die 12 H. 10 50' P. M. juxta tempus rectificatum.

Nota. Ex collatione motus longitudinis observati die 18 H. 10 $\frac{1}{4}$  P. M. in long. 19 30  $\varphi$ , cum latitudine australi  $3^{\circ} 30'$  usque in diem 20 H. 12 $\frac{1}{4}$  in 23 45  $\varphi$ , cum latitudine australi 1 39, provenit motus horarius proportionalis in longitudine 5' 6"

in latitudine 2 13

et rursus ab hac ultima hora diei 20 usque in horam 11 M. 26 diei 22, quando fuit

long. Cometae  $27^{\circ} 28' \varphi$

et latitudo adhuc australis 0 5 M.

provenit motus horarius respondens in longitudine 4' 43"

in latitudine 2 0.

Decrescit itaque motus Cometae tam diurnus quam horarius, et in longitudine et latitudine, et habito respectu horum dierum, erit die 22 motus horarius

<sup>1)</sup> Postea adscriptum.

longit.  $4^{\circ} 30''$   
latitud.  $1^{\circ} 55'$

atque hinc proportionaliter accipiendo potest haberi ratio motus apparentis, an parallaxi sit obnoxius nec ne.

Ego hinc inveni semel operando, quod ab H. 10 M. 0 in H. 15 M. 45 debuissest Cometa promotus fuisse 26 scrupulis proxime, cum tamen in coelo per observationem longitudinem interea non promoverit ultra minuta 20 per observationem, ut 6 quasi scrupulis per parallaxin retardatus fuerit. Idque quo ad motum longitudinis respectu Eclipticae, quo ad latitudinem vero interea debuissest promotus esse  $10\frac{1}{2}$ , qui tamen motus apparet saltem  $8\frac{3}{4}$ , ut et hic paulo ultra sesquialterum scrupulum latitudo apparens non consentiat verae, ob parallaxeos aliquantulam rationem.

Si vero fuisset Cometa in proxima concavitate orbis Lunaris, effecisset variationem in motu apparente longitudinis 40 M. quam proxime 34 scrupulis majorem et in latitudine 14 scrupulorum quasi 12 scrup. majorem.

Nam posito, quod Cometa esset in distantia a terra  $52^{\circ} 17'$  semid. terrae in proxima concavitate orbis C juxta Copernicum fuisset H. 10 0 in altitudine  $43'$ , parallaxis in circulo altit.  $48'$ , cumque Cometa tunc fuerit quasi dimidia hora ultra 90 gradum R e tabulis Prutenicis circa imum 8 latus longitudinis quasi 12 gradum et latus latitudinis  $58'$  quasi ideoque parallaxis in longitudine erat ad summum 10 min. in latitudine vero fere  $46\frac{1}{2}$ .

At postea H. 15 M. 45 in Altitud. Com.  $21\frac{1}{2}$  fuit parallaxis in circulo Altitudinis quasi 61 minut. Distabat vero Cometa a 90 gradu H.  $6\frac{1}{4}$  quasi latus longitudinis erat  $50\frac{1}{2}$ , latitud.  $32\frac{1}{4}$ .

Atque hinc provenit parallaxis longit.  $51$  M.

latit.  $32\frac{1}{2}$  M.

Collatio parallaxium, quae fuerint, si Cometa esset in proxima concavitate Lunari:

10	parallaxis longitudinis	10 M. latitud. $46\frac{1}{2}$
$15\frac{1}{2}$	longit.	$50\frac{1}{2}$ latitud. $32\frac{1}{2}$

Differentia utriusque  $40\frac{1}{2}$  M. lat. M. 14

Ex his evidentissime videmus, Cometam hunc nequaquam infra C vel in orbe Lunari sed longe supra hunc orbem infra tamen sphaeram Solarem constituendum esse et nequaquam esse elementaris regionis participem, quod enucleatus per triangulos absque tabularum numeros perversigandum demonstrandumque veniet.

#### Die 4 Novembris.

Quoniam ab eo die, quo ultimo hunc Cometam observavimus, nulla constans serenitas usque in 22 Octobris sese obtulit, nubibus, obscuritatibus, imbribus et assiduis tempestatibus coeli siderumque aspectum intercludentibus; et praeterea obstaculo erat, quod Cometa per momentaneas serenitates, si quae interciderant, nihilominus conspici nequiverit, quia Luna circa hasce noctes quasi pleno lumine luceret, et Cometam per se admodum tenuem et rarissimo lumine praeditum, ita affulserit, ut nuspian, etiam diligentissime intuenti, conspici potuerit. Verum hoc die 4 Novembris, quo primum aliqualis serenitas restituta est, nubibus tamen ab occidentali vento acriter flante subinde recurrentibus, diligentius coelum statim post crepusculum vespertinum intuebar, an Cometam usquam apparere animadvertere liceret, et ducendo lineam quasi a stella huius in lucidum humerum Erichtonii,

(si quidem in illo tractu Cometam versari oportere, ex prius observata motus ratione consentaneum erat) difficillime aliquod ejus vestigium apparuit, verum cum adhuc altius a vaporibus horizontalibus elevaretur et puriori aëri obnoxius redderetur, aliquale ejus vestigium animadvertebam, idque si a medio Pleiadum usque in lucidiorem duarum in cornu praecedente  $\varpi$ , quae proxima est primae stellae  $\varpi$  (qua Copernicus usus est), duceretur recta linea et deinde a lucido pede Andromedae in stellulam inferiorem super caudam Arietis alia protraheretur, in eo loco, ubi hae duae lineae sese intersecabant, quam proxime visum est Cometae aliquale vestigium residuum, instar stellae nebulosae et subobscurae ac multo minoris quam ultimo ante die 12 conspectus est, ita ut difficulter tunc observari potuerit, verum postea, cum altior elevaretur, aliquatenus se instrumentis observandum exhibuit in hunc, qui sequitur, modum:

Hora 6 $\frac{3}{4}$  distabat per radium a Plejadibus P. 10 $\frac{2}{3}$  et hora 7 a prima stella Arietis, qua Copernicus usus est, 15 $\frac{5}{6}$  mediocriter bona observatione.

Fuit autem fere quoad aspectum tam magnus, atque est prima Arietis, sed nullatenus tam lucidus, verum adhuc obscuro, nebuloso et raro lumine lucescens et pallescens apparebat, nullamque in ullam partem visus est pretendere caudam vel ullos radios etiam quam acutissime intuenti, sed circum undique rotundus apparuit.

H.	M.		
6	0	Declinatio Cometae . . . . .	21° 53'
6	11	Diff. Asc. R $\ddot{\imath}$ Cometae a capite lucido $\varpi$ . . . . .	12 45
		Altitudo Cometae erat quasi . . . . .	21 0
6	15	Eadem differentia . . . . .	12 50
		Declinatio tunc erat . . . . .	21 51 $\frac{1}{2}$ <sup>1)</sup>
6	35	Inter Cometam et lucidum caput $\varpi$ . . . . .	11 33 per Sextantem.
		quae tamen est incerta et semel tantum accepta.	
6	37	Differentia Asc. R $\ddot{\imath}$ Cometae et caput $\varpi$ . . . . .	12 46 $\frac{1}{2}$
		Declinatio Cometae tum visa . . . . .	21 50 $\frac{1}{2}$
		Altitudo Cometue erat . . . . .	29 0
6	43	Inter Capellam et Cometam . . . . .	35 47 per Sext. trig.
6	46	Eadem repetita . . . . .	35 46
6	49	Eadem . . . . .	35 45
6	52	Eadem . . . . .	35 44
		Poles uti circa medium harum . . . . .	35 45 $\frac{1}{2}$
		Altitudo Cometae erat quasi . . . . .	30 0
7	5	Cometa orr. 62° 40', Lucida cap. $\varpi$ orr. 49° 59 $\frac{1}{2}$ , Dist. aeq. 12° 40 $\frac{1}{2}'$ . Alt. Com. 32 $\frac{1}{2}$ .	
		Atque haec forte est certior prioribus eo, quod Armillis jam fixatis suo modo sit habita.	

<sup>1)</sup> Postea adscriptum: Nota. Primae observationes ab hora 6 in horum 6 $\frac{1}{2}$  non sunt satis exactae propter vapores horizontales. Hora 6 $\frac{1}{2}$  a Capri 35 45. Bene.

H.	M.	Cometa orr.	Caput $\varphi$ orr.	Dist. aequat.	Declinatio.	Altitudo.
7	12				$21^{\circ} 51\frac{1}{2}'$ B.	$34^{\circ} 40'$ quasi
7	20	58° 52'	46° 10'	12° 42'		
7	25				21 51	36 20
7	28½	56 51	44 7	12 44 incerta		
7	30	56 0	43 15	12 45 incerta		
7	34	55 27½	42 45	12 42½ bona		37 0
7	40	53 57	41 14	12 43 med. bona		
7	45	.	.		21 50½	
7	53				21 52	39 30

H.	M.	Cometa a Capra . . . . .		35° 43'
7	55	Cometa a Capra . . . . .		35° 43'
7	59	Idem a Capra . . . . .		35 41
		ultima erat paulo serenior. Altitudo . . . . .		40 40
8	4	Eadem distantia . . . . .		35 40½
8	10	Eadem . . . . .		35 40½
		In his ultimis tribus fuit satis serenum.		
		Potes itaque hisce fidere ponendo ad summam H. 8 M. 0		35 40½
8	15	Declinatio Cometae . . . . .		21 54
		repetita . . . . .		21 53½ } dubiae.
8	22	Bene serenum et repetita est Declinatio . . . . .		21 51½
8	25	Eadem . . . . .		21 52½ } bonae.
8	29	Eadem . . . . .		21 52 }
		fide hisce postremis.		
8	40	Cometa a Capra . . . . .		35 39½ Altitudo 45 20
8	43	Eadem, bene serenum . . . . .		35 39½ — 46 0
8	45	Eadem . . . . .		35 39½
8	54	Cometa a lucida Arietis . . . . .		11 50½ } bonae.
8	56	Eadem repetita per Sext. . . . .		11 50½ }
		Altitudo tunc erat quasi . . . . .		47 40

H.	M.	Cometa orr.	Caput $\varphi$ occid.	Dist. aequat.	Alt. Cometae.
10	30	11° 32½'	1° 10'	12 42½ non satis fidendum.	$53^{\circ} 40'$
10	35	10 6¾	2 37½	12 44½ melior anteced.	
10	44	7 54	4 56	12 50	

Haec ultima non est certa propter rariusculas nubes intercedentes.

10	52	Caput $\varphi$ distabat a Cometa . . . . .		$11^{\circ} 55'$ per Sextantem.
11	22	Declinatio . . . . .		21 57½

Cum Cometa juxta meridiem versaretur, ipsius declinatio accepta est 21 56, sed utrobique per tenuissimas et transparentes nubeculas. Postea hac nocte in Cometa nihil amplius observare licuit propter intervenientes nubes.

## Die 5 Novembris.

H. M.

7 14	Visa est declinatio Cometae Borealis per Armillas subt.	22° 25'
7 21	Eadem visa est . . . . .	22 23 Alt. Com. 36½
Verum non fuit utrobique satis serenum; potes itaque circa hoc tempus uti declinatione, quae est P. 22 M. 24 quasi intermedia.		

H. M.	Cometa orr.	Cap. ὄρ̄ orr.	Distantia aequatoria.	Altitudo Cometae.	Com. a Capella per Sextantem.
7 28	56° 34'	43° 8½'	13° 25½'	37° 30'	34° 52'
7 31	55 49½	42 25	13 24½	38 0	
7 34	54 59	41 32	13 27	38 0	34 53 melior priore.
7 36	54 25	41 0	13 25		
7 38	54 3½	40 35½	13 28 non bene convenit.	34 53	
7 41	53 3	39 36½	13 26½		

H. M.

7 45	Declinatio Cometae . . . . .	22° 24'
7 47	Eadem repetita . . . . .	22 24½ Altitudo 39° 30'

Nota. Antecedentes observationes per Armillas Helias una cum Rudolpho peregit, sequentes vero idem Helias cum Johanne Aurifabro, unde sequentes exactiores esse autumo; nam valet hic plus visu.

H. M.	Cometa orr.	Cap. ὄρ̄ orr.	Distantia aequatoria.	Altitudo Cometa a cap. ὄρ̄	
				Cometae.	per Sext.
7 51				12° 30'	bona.
7 57				12 31½	non erat satis serenum.
8 6	47° 2½'	33° 37½'	13° 25' mediocris	42° 0'	
8 10	46 18	32 41	13 27 <sup>1</sup> , paulo melior	12 30	ut prius.
8 13	45 33½	32 5½	13 28	42 30	
8 17	44 50	31 21½	13 28½	43 0	12 31
8 20	43 37	30 10	13 27	44 0	
8 24	Declinatio Cometae	22 24.			

Deinde post coenam cum admodum esset serenum et multo conspectius Cometula sese oculis ingereret, sequentia diligentissime observavimus. Erat autem horologium circa horam octavam rectificatum ad cap. ὄρ̄.

10 28	Inter Cometam et caput ὄρ̄ lucidum . . . . .	12° 37½'
10 30	Eadem distantia . . . . .	12 37½
10 31½	Eadem distantia . . . . .	12 37½

Altitudo Cometae 56° [non consentit cum antecedentibus neque cum sequentibus]<sup>2</sup>).

Hae tres observationes per Sextantem trigonicum erant satis bonae, coelo admodum sereno,

<sup>1)</sup> Sic in manuscripto.

<sup>2)</sup> Postea adscriptum.

quibus tuto potes fidere. Helias et Aurifaber observabant. [Sed non consentiunt cum aliis observationibus ante et post, unde dubium in numeratione fuisse suspicor] <sup>1)</sup>.

H.	M.							
		Cap. $\varphi$ occ.	Cometa occ.	Dist. aeq.	Altitudo	Declin.	Com. per Arm.	Dist. Com.
10	39	Inter Capellam et Cometam . . . . .			34° 46 $\frac{1}{2}$ '			
10	44	Eadem per Sext. trig. . . . .			34 46 $\frac{1}{2}$	Alt. Com.	56° 15'	
10	47 $\frac{1}{2}$	Eadem . . . . .			34 46 $\frac{1}{2}$		—	56 20
		Et hae tres fuere admodum bonae.						
10	52	Declinatio Cometae B . . . . .			22 27			
10	55	Altero pinnacido . . . . .			22 26 $\frac{1}{2}$		—	56 30
10	59	Reiterata declinatio Cometae . . . . .			22 27 $\frac{1}{2}$			
		Altero pinnacido . . . . .			22 28 fere		—	56 40
		Pone itaque declinationem Cometae hic 22° 27 $\frac{1}{2}$ ' et insensibiliter aberrabis.						
		Cometa nunc erat juxta Meridianum.						
11	9	Cometa distabat a Capella . . . . .			34° 45'	per Sextantem.		
11	14	Cometa fuit in Meridiano.						
					una pin.	alt. pin.	a Capella p. Sext.	
H.	M.	Cap. $\varphi$ occ.	Cometa occ.	Dist. aeq.	Cometae.			
11	15 $\frac{1}{2}$	13° 50 $\frac{1}{4}$ '	0° 19'	13° 31 $\frac{1}{4}$ ' <sup>2)</sup>				
11	19	14 48 $\frac{1}{2}$	1 7 $\frac{1}{2}$	13 31 $\frac{3}{4}$ )				34° 47' dubia.
11	24 $\frac{1}{2}$				56° 20'	22° 27 $\frac{1}{2}$ '	22° 28'	
11	29							34 46 $\frac{1}{2}$ quasi.

Cometa ab Aldeboram per Gradus Aequatoris.

H.	M.	Aldeboram orientalis.	Cometa occid.	Distantia aequatoria.	Dist. Com. ab Aldeb. per Sext.
11	30 $\frac{1}{2}$	19° 19'	4° 12 $\frac{1}{2}$ '	23° 31 $\frac{1}{2}$ '	
11	33 $\frac{1}{2}$	18 33	4 56	23 29	
11	42 $\frac{1}{2}$				23° 15'
11	43	16 10 $\frac{2}{3}$	7 20 $\frac{1}{2}$	23 31	
11	47	15 8	8 20	23 28	
11	52	14 0	9 30 $\frac{1}{4}$	23 30 $\frac{1}{4}$	
11	53				23 16
11	55	13 16 $\frac{2}{3}$	10 13 $\frac{2}{3}$	23 30 $\frac{1}{2}$	
11	59	12 18 $\frac{2}{3}$	11 12 $\frac{1}{2}$	23 31	

His tribus ultimis potes fidere, quia post coarctata pinnacidia captae, et sunt satis bonae.

H.	M.			
12	3	Distantia Cometae ab Aldeboram . . . . .		23° 15 $\frac{1}{2}$ ' per Sext. trig.
12	5	Caput $\varphi$ occid. 26° 25', Cometa occid. 12° 51 $\frac{1}{2}$ ', Distantia aequat. 13° 33 $\frac{1}{4}$ '.		

<sup>1)</sup> Postea adscriptum.

<sup>2)</sup> Adscriptum a Tychone: H. 11 M. 15 Dist. aeq. 13 31 $\frac{1}{2}$ , declin. 22 28.

<sup>3)</sup> Sic in manuscripto.

H.	M.				
12	9	Distantia rursus ab oculo 8 . . . . .	23° 14½'	per Sextantem.	
12	13	Declinatio Cometae uno pinnacidio . . . . .	22 28½	{	Alt. Com. 54½.
		altero pinnacidio . . . . .	22 28		
12	30	Distantia Cometae a capite ☽ . . . . .	12 38	{	per Sextantem.
12	36	Eadem distantia . . . . .	12 38½		
		Hae ultimae sunt bonae.			
12	54	Inter Cometam et Capellam . . . . .	34 40		
12	58	Eadem . . . . .	34 41½	{	per Sextantem.
1	3	Eadem . . . . .	34 42		
1	6	Eadem . . . . .	34 41		
		potes uti 34° 41½'			

Luna incepit oriri H. 1 M. 13.

1	15	Inter Cometam et caput ☽ . . . . .	12 39		
1	18	Eadem inter lucidam ☽ et Cometam . . . . .	12 40	{	per Sextantem.
1	20	Eadem repetita . . . . .	12 40½		
1	27	Eadem reiterata . . . . .	12 39½		

Apparuit Cometa similis plane nebulosae stellae Cancri, Praesepe dictae, quoad formam et colorem, nisi quod paulo minor visus sit, quam est gyrus nebulosus ☾; alias insensibiliter quoad aspectum differebat, nullos in ullam partem sensibiles proicit radios vel crines.

H.	M.				
1	35	Declinatio Cometae uno pinnacidio . . . . .	22° 30'		
1	39	Altero pinnacidio . . . . .	22 29½	{	Alt. Com. 47° 0' q.
1	45	Ab oculo 8 ad Cometam per Sext. trig. . . . .	23 15	{	Alt. Com. 46° fere.
1	52	Rursus ab oculo 8 Cometa . . . . .	23 11	{	
		Dubia propter C.			
1	55	Declinatio Cometae uno pinnacidio . . . . .	22 29½	{	Alt. Com. 45½.
		altero . . . . .	22 28½	{	
		Potes tamen absque sensibili errore uti Declinatione . . . . .	22° 30'		
1	58	Rursus per Sextantem ab oculo 8 . . . . .	23 15		
		Sed vix apparuit Cometa.			
2	6	Observavimus Declinationem lucidioris in capite ☽ pro verificando instrumento . . . . .	22 28 B	{	Alt. 36½.
		altero pinnacidio . . . . .	22 28½	{	

H.	M.	Cap. ☽ occid.	Cometa occid.	Dist. aeq.	Alt. Com.	
2	17	59° 24'	45° 47'	13° 37'	42° 30'	
2	20	60 20	46 46	13 34		Com. admodum tenuis propter C.
2	23	61 2½	47 32½	13 30		
2	26	61 43½	48 7	13 36½	41 40	
2	29	62 24	48 45	13 39		
2	32	63 9½	49 32½	13 37	40 20	
2	35	63 50	50 19	13 31		
2	38	64 55	51 17½	13 37½	40 0	

Hanc varietatem peperit Lunae splendor inrebescens, Luna paulatim sese elevante. Potes autem absque sensibili errore circa horam 5 30 uti distantia aequinoctiali 13 36, ubi vel veritatem attinges vel quam proxime accedes.

Cometa ab oculo 8 per Armillas subterraneas.

H. M.	Cometa occid.	Aldeb. occid.	Dist. aequat.	Alt. Cometae.
2 54	54° 31'	31° 1½'	23° 29½'	39° 0'
2 56½	55 40	32 12½	23 27½	38 0
3 0	56 22½	32 58	23 24½ utere 23 27	

Hanc etiam varietatem peperit C splendor, adactus per ipsius crescentem elevationem. Sed potes circa H. 2 M. 58 uti distantia aequatoria Cometae ab Aldeboram 23 G. 27 M. absque omni sensibili errore.

Circa Horam 3 M. 5 rursus modo possibili ob tenuitatem et Lunam

observabatur Declinatio Cometae uno pinnacido . . . . . 22° 32½'

altero pinn. . . . . 22 34½ Altit. C 35.

Hanc varietatem peperit praesentia Lunae. Potes autem absque sensibili errore uti Declinatione Cometae 22° 33' circa horam 3 matutinam.

Atque postea non amplius ita apparuit tam ob propriam exilitatem quam ob C elevationem et fulgorem, ut instrumentis ejus situs indagari potuerit. Erat autem Cometes ille admodum exilis raro et tenebroso lumine lucens, nec ullam caudam usquam projicit.

NB. Tempora omnia praecedentia satis bene se habent.

## Die 6 Novembris

ad vesperas.

H. M.

5 31½	Distabat lucida capit is ° a Meridiano versus ortum . . . . .	72° 40' per Arm. subt.
	Hinc provenit tempus H. 5 M. 26. Ergo horologium justo velocius movebatur 5½ M.,	
	unde correctum est.	
5 57	Declinatio Cometae . . . . .	22° 53' per Arm. subt.
6 1	Inter Cometam et lucidam ° . . . . .	13 8 { per Sextantem.
6 9	Eadem distantia . . . . .	13 9
	¹) pone 13 9.	
6 9½	Declinatio Cometae repetita . . . . .	22 53½ Altitudo 26 15

¹) *habito respectu sequentium debuit esse 52'.*

Cometa a lucida ° per Armillas subt.

Inter Com. et

H. M.

Com. orient.

Cap. ° orient.

Dist. aequat.

Alt. Cometae.

cap. ° per Sext.

6 15½

74° 30'

60 22½

14 7½

27° 30'

6 19

13° 10' bona.

6 20

73 22

59 15½

14 6½ bona.

28 0

6 23½

72 25½

58 25½

13 59½

28 40

Haec incerta est propter parvam quandam stellam Cometae vicinam.

¹) Postea adscriptum in ms. in 4to.

H.	M.	Cometa orient.	Caput $\varphi$ orient.	Distantia aequat.	Altitudo Cometae.	Inter Cometam et Capellam per Sext.
6	24				34° 6 $\frac{1}{2}$ '	
6	27				34 8	} mediocres.
6	28	71° 19'	57° 15 $\frac{2}{3}$ '	14° 3 $\frac{1}{3}$ ' incerta.	29° 15'	
6	29				34 7 $\frac{1}{4}$	
6	32				34 8	bona. <sup>1)</sup>
6	32 $\frac{1}{2}$	70 11	56 11	14 0 incerta.	30 0	

Hisce tribus distantiis aequatoriis capitum  $\varphi$  et Cometae proxime praecedentibus non est fidendum; iis enim ob parvam illam stellam, quae Cometae arcte juncta videbatur, errorem quendam inesse putamus. Cometa etiam exilis admodum apparuit et omni cauda destituebatur, circumundique rotundus et subobscurus tenuis et raro lumine nebulosum quoddam corpus oculis ingerebat.

Luna observabatur die antecedente et hoc diligenter tam juxta Orientis limites quam juxta 90 gradus, et etiam paulo post tam a fixis quam Sole, unde parallaxis indagata ostendet minorem esse Cometae, ideoque supra Lunam hunc existere. (Observationes hasce Lunae quaere in libro observationum planetarum et fixarum).

H.	M.	Inter Cometam et Capellam . . . . .	34° 7 $\frac{1}{2}$ ' per Sextantem.
6	34	Declinatio Cometae . . . . .	22 52 incerta.
6	37	Inter Cometam et Capellam . . . . .	34 7 per Sext. bona.
6	40 $\frac{1}{2}$	Declinatio Cometae repetita . . . . .	22 53 $\frac{1}{2}$ mediocris.

H.	M.	Cometa orr.	Cap. $\varphi$ orr.	Dist. aequat.	Altit. Com.	Dist. Com. a Capella.
6	47	66° 35'	52° 28'	14° 7' bona.	31° 30'	
6	48 $\frac{1}{2}$					34° 6 $\frac{3}{4}$ ' mediocris.

6	50	65 45	51 39 $\frac{1}{2}$	14 5 $\frac{1}{2}$ dubia.	32 0	
6	52 $\frac{1}{2}$					34 7 $\frac{1}{2}$ per Sext.

6	55	64 39	50 31	14 8	33 0	
6	56					34 7 $\frac{1}{2}$ bona.

7	0 $\frac{1}{2}$	63 14	49 7	14 7	34 0	
7	4 $\frac{1}{2}$	62 15 $\frac{1}{2}$	48 8	14 7 $\frac{1}{2}$	34 30	

H.	M.	Declinatio Cometae . . . . .	22° 52 $\frac{1}{2}$ ' bona.
7	8 $\frac{1}{2}$	Inter Cometam et caput $\varphi$ . . . . .	13 11 per Sextantem.

7	11	Declinatio Cometae . . . . .	22 52 $\frac{1}{2}$ Altitudo 35° 30'
7	16	Inter Cometam et caput $\varphi$ . . . . .	13 12 per Sextantem.

7	21 $\frac{3}{4}$	Cometa or. 57° 50', cap. $\varphi$ or. 43° 41', dist. aeq. 14° 9'.	Alt. Com. 36° 30'.
H.	M.		
6	30	34° 8'	30°
11	25	34 1	57
1	30	[33 54]	47*)

<sup>1)</sup> Postea adscriptum: Confer distantiam Cometas a Capra cum ea, quam habuit postea circa Meridianum et insuper eam, quam habuit post Meridianum idque cum motu versus Capellam die sequente et antecedente.

\*) Haec linea inducta sunt.

H.	M.				
7	27	Inter Cometam et cap. $\varpi$ per Sext.	13° 10'	mediocris.	
7	27½	Cometa or. 56° 37', cap. $\varpi$ or. 42° 28½', dist. aeq. 14° 8½'. Alt. Com. 38° 10'			
7	29	Inter Cometam et caput $\varpi$	13° 12'	per Sext.	
7	36	Cometa or. 54° 22½', cap. $\varpi$ or. 40° 15', dist. aeq. 14° 7½'. Alt. 39° 0'			
7	40	Declinatio Cometae	22° 55'		
7	43	Declinatio Cometae exquisite	22 53	Altitudo 39° 40'	
7	51	Inter Cometam et caput $\varpi$	13 14		
7	54	Eadem	13 14½	per Sextantem,	
7)	56	Eadem	13 14¾	bonae.	
8	53	Inter Cometam et Capellam	34 4½		
8	56	Eadem, melior	34 2½	per Sextantem.	
8	56½	Cometa or. 34° 2½', cap. $\varpi$ or. 19° 59½', dist. aeq. 14° 3' incerta. Alt. Com. 49° 0'			
8	58½	Inter Cometam et Capellam	34° 2½'	per Sext. bona.	
9	1½	Eadem per Sextantem	34 1½	Alt. 49½	
9	4½	Eadem	34 2	per Sext. bona.	
9	10	Cometa or. 30° 50', cap. $\varpi$ or. 16° 39', dist. aeq. 14° 11' per Arm. Alt. Com. 50½			
9	27	Declinatio Cometae	22° 55'	Altitudo 51 40	
9	31½	Inter Cometam et Capellam	34 2		
9	33	Eadem	34 2	per Sextantem,	
9	35½	Eadem	34 1½	bonae.	
9	45	Inter Cometam et caput $\varpi$ per Sextantem	13 15½	Alt. 53½	
9	53	Eadem	13 16½	per Sextantem.	
10	2½	Com. per Arm. or. 17° 42', cap. $\varpi$ or. 3° 30', Dist. aeq. 14° 12'. Alt. 54½.			
10	10	Declinatio Cometae	22° 54½'	Altitudo 55 10	
		Cometa circa Meridianum.			
10	44	Inter Cometam et Capellam	34 1		
10	47	Eadem	34 0½		
10	56½	Eadem	34 2	per Sextantem.	
10	59	Eadem	34 1½		
11	2½	Eadem	34 2	Alt. 57 0	
11	15½	Declinatio Cometae	22 59	[Adscriptum:]	
11	25½	Inter Cometam et Capellam	34 1		
11	28	Eadem repetita	34 1	per Sext. 11 40	
11	37	Inter Cometam et caput lucid. $\varpi$	13 17	bonae. 18 17	
11	42	Eadem per Sextantem	13 16½	bona. Alt. 56½	
H.	M.	Cap. $\varpi$ occ.	Com. occ.	Dist. aeq.	Alt. Com.
11	53	24° 16'½	10° 5'½	14° 11'½ incerta	
11	59	25 42	11 25	14 17 haec melior	56° 0'
12	3	26 49½	12 30	14 19½ incerta	

<sup>1)</sup> Adscriptum in margine: H. 7 55 A. 18° 14', D. 22° 58'.

Tempus horol.	Tempus emend.					
H. M.	H. M.					
12 23½	12 24	Declinatio Cometae . . . . .	23° 2'½	Alt. 54½	incerta.	
12 47½	12 47½	Inter Cometam et Cap. lucidam ☽ . . . . .	13 29	Alt. 52 0		
		incerta propter stellulam Cometae junctam.				
12 55	12 55	Eadem distantia . . . . .	13 18	per Sext., bona.		
1 0½	1 0	Eadem per Sextantem . . . . .	13 18	bona. Alt. Com. 50½		
1 28½	1 28	Inter Cometam et Capellam . . . . .	33 58			
1 31½	1 31	Eadem . . . . .	33 54½	per Sext.		
1 35½	1 35½	Eadem . . . . .	33 54½	vix bonae.		
1 40	1 40	Eadem . . . . .	33 52	Altitudo 46° 40'		
		Erat tunc Capella in vertice, ut vix posset observari.				
1 50½	1 47	Declinatio Cometae 23 0. Alt. 46½ dubia.				

Tempus horol.	Tempus emend.	Luc. ☽ occ.	Com. occ.	Dist. aeq.	Altit. Com.
H. M.	H. M.				
1 58½	1 54½	54° 43½'	40° 26'	14° 17½'	46° fere.
2 1½	1 58	55 37	41 21½	14 15½	
2 4½	2 0	56 21	42 2½	14 18½	
2 7	2 3	56 53½	42 39½	14 14	
2 9½	2 5	57 39	43 21½	14 17½	45 0
2 12½	2 8½	58 14½	43 57½	14 17	

Tempus horol.	Tempus emend.				
H. M.	H. M.				
2 16	2 12	Declinatio Cometae . . . . .	23° 3½'	Altitudo 43° 10'	
2 20	2 16	Eadem . . . . .	23	2½	
2 44½	2 40	Inter Cometam et caput ☽ . . . . .	13	18½	
2 51	2 47	Eadem . . . . .	13	21	
2 55	2 50	Eadem . . . . .	13	21½	bonae.
2 58½	2 55	Eadem . . . . .	13	21	

Nocte hac erat bene serenum quidem, et aër fere tranquillus, leniter flante austro, sed nemo praesertim per axem in Armillis corpus Cometae a stellula illa sibi juncta exacte discernere potuit, quod varietatem iis distantiis aequatoriis peperit.

*Nota. P. M. H. 6 M. O Dist. Cometae a cap. ☽ 13° 9' et declinatio 22° 53'*

*P. M. H. 3 M. O Dist. Cometae a cap. ☽ 13 21 et declinatio 23 4*

*Hinc potest inquiri parallaxis ex intervallo 9 horarum habita ratione motus diurni.*

### Die 7 Novembris.

Tempus horologii.	Tempus emendatum.	Declinatio Cometae.	Altitudo Cometae.
H. M.	H. M.		
6 23	6 28	23° 20'	30° 15'
6 25	6 30	23 19½	31 0

## Temp. hor. Temp. emend.

H.	M.	H.	M.	Cometa or.	Cap. $\varphi$ or.	Dist. aequat.	Altit. Com.
6	41	6	46	66° 16'	51° 39'	14° 37'	32° 40' Com. non satis consp.
6	45	6	49 $\frac{5}{8}$	65 24	50 40	14 44 melior.	33 15
6	55 $\frac{1}{2}$	7	0	62 47	48 1	14 46	34 15
6	59	7	4	61 55	47 6	14 49	34 40 Inter Com. et cap. $\varphi$ per Sext.
7	3 $\frac{1}{2}$	7	8 $\frac{1}{2}$				13° 50' incerta.
7	5	7	10	60 21 $\frac{3}{8}$	45 37 $\frac{1}{2}$	14 44 $\frac{1}{2}$	36 15
7	7	7	12				13 48 $\frac{2}{3}$
7	11	7	16 $\frac{1}{2}$	58 55	44 5	14 50	
7	14	7	19				13 49
7	18	7	23				13 51 mediocris.
7	27	7	32	54 46 $\frac{1}{2}$	40 3	14 43 $\frac{1}{2}$	39 20 non satis conspiciebatur.
7	30	7	35	54 2	39 13	14 49	

## Temp. hor. Temp. emend.

H.	M.	H.	M.				
7	32	7	37	Inter Cometam et caput $\varphi$ . . . . .		13° 52'	per Sext. dubia.
7	35	7	40	Declinatio Cometae . . . . .		23 18 $\frac{3}{4}$	Alt. Com. 40° 30'
7	40	7	45	Eadem . . . . .		23 20	per Armillas.
7	45	7	50	Inter Cometam et Capellam per Sext. . . . .		33 21 $\frac{3}{4}$	Alt. 42 0
7	46 $\frac{1}{2}$	7	52	Eadem repetita . . . . .		23 22 $\frac{2}{3}$	} per Sextantem.
7	48	7	54	Eadem . . . . .		33 22	
7	57	8	3	Eadem . . . . .		33 20	Alt. 43 30
7	59	8	5	Eadem . . . . .		33 22	certa.
8	7 $\frac{1}{2}$	8	14	Inter Cometam et lucidam $\varphi$ . . . . .		13 51	} bonae.
8	10 $\frac{1}{2}$	8	16 $\frac{1}{2}$	Eadem . . . . .		13 51	
8	13	8	19 $\frac{1}{2}$	Eadem . . . . .		13 50 $\frac{1}{2}$	Alt. 45 40
10	3 $\frac{1}{2}$	10	8 $\frac{1}{2}$	Declinatio Cometae 23° 23' inter nubes Alt. 57 0.			
10	26	10	30	Inter Cometam et lucidam $\varphi$ . . . . .		13 49	} non erat satis
10	29	10	36	Eadem, melior . . . . .		13 56	} serenum.

Ulterius propter nubes totum coelum offuscantes Cometam intueri non licuit. Apparuit autem hoc vesperi Cometes ille dissipatis nubeculis, quibus interdum tegebatur, forma, colore et lumine, quod habuit nocte praecedente, non dissimilis.

## Die 9 Novembris.

Circa horam 6 correctum est horologium per lucidam capitum  $\varphi$ .

H.	M.			
8	0	Declinatio Cometae	24° 9' B. altero pinn.	24° 9' $\frac{1}{2}$ , Alt. 43° 10'.
8	11	Cometa or.	44° 37 $\frac{1}{2}$ ', cap. $\varphi$ or.	28° 32', dist. aeq. 16° 5 $\frac{1}{2}$ ' per Arm. subt. maj. Alt. Com. 44 $\frac{1}{2}$
8	20	Inter Cometam et lucid.	$\varphi$ 15° 5 $\frac{1}{2}$ ' bona.	Alt. Com. 45° 30'.
8	25 $\frac{1}{2}$	Eadem distantia.	15 4	Alt. Com. 46 40 non erat tunc satis serenum.

*Hoc vesperi non erat usque adeo serenum nisi per intervalla. Nam nubes recurrebant interdum et aspectum stellarum intercludebant; ventus tamen erat tranquillus, flante austro; apparuit vero Cometa admodum tenuis eadem forma, qua prioribus noctibus, nisi quod paulo minor videretur,*

<sup>1)</sup> Adscriptum in ms. in 4to: H. 8 15 Asc. 18 51, D. 28 21.

igitur loco intersectionis per observationem cognito  
in 27° 38'  $\varphi$  ex distantia ab illo punto et lati-  
tudine data, angulum inclinationis circuli Cometae  
ad eclipticam inquisivimus in hunc modum, ut  
sequitur.

(Fig. 28.)

D.	H. M.	Longitudo Cometae.	Latitudo BC.	Dist. a loco inters. AC.	Motus ad inters. BA.	Inclin. ad Eclip. CAB.
Octobris 18	11 10	19° 33' 00"	3° 27' 5" M.	8° 5'	8° 47' 1"	23° 17' 3"
20	11 30	23 40 $\frac{3}{4}$ 00"	1 40 $\frac{1}{3}$ M.	3 57 $\frac{1}{4}$	4 17 $\frac{1}{2}$	22 56 $\frac{1}{2}$

(Fig. 29.)

D.	H. M.	Longitudo Cometae.	Latitudo Cometae.	Dist. ab intersect. FE.	Motus ab intersect. DE.	Inclin. DEF.
Novembris 4	10 30	13° 16' 18"	6° 19' 12" B.	15° 38' 1"	16° 50' 1"	22° 21' 1"
5	11 15	14 9 $\frac{1}{3}$	6 38 $\frac{1}{2}$	16 31 $\frac{1}{3}$	17 46 $\frac{1}{3}$	22 16
6	11 40	14 58	6 54 $\frac{1}{2}$	17 20	18 37 $\frac{1}{6}$	22 8
7	8 15	15 36 $\frac{1}{3}$	7 6 25"	17 58 $\frac{1}{3}$	19 17	22 0
9	9 30	16 59 $\frac{3}{4}$	7 32 $\frac{1}{4}$	19 21 $\frac{3}{4}$	20 43 $\frac{1}{2}$	21 45 $\frac{1}{2}$
12	9 20	18 46 $\frac{1}{2}$	8 7	21 8 $\frac{1}{2}$	22 34 $\frac{3}{4}$	21 34 $\frac{1}{2}$

## Pro angulo inclinationis viae Cometae ad aequatorem.

## Asc. R.

D.	H.	E et D.	Declin. B.
Novembr. 6.	11 $\frac{1}{2}$	40° 17'	4° 28' DB.
Octobr. 18.	11 $\frac{1}{2}$	19 21 $\frac{1}{2}$	22 58 CE.

Latus BF . . . . . 79° 29'

Latus BC . . . . . 17 58 59"

Angulus CBF . . . . 46 36 25

Triangulum BAD.

Latus BD . . . . . 10° 31'

Angulus ABD . . . . 46 36 25"

Angulus BAD . . . . 44 24 4 Inclin.

Latus DA . . . . . 10 55 27

Ascensio I. . . . . 25 30 0

Locus A . . . . . 14 34 $\frac{1}{2}$  Intersectio.

D. H. Ascens. R. Declin. B.

Octobr. { 22	11 $\frac{1}{2}$	25° 30'	10° 31'
18	11 $\frac{1}{2}$	19 21 $\frac{1}{2}$	4 28

Triangulum CBF.

Latus FC . . . . . 79° 29'

Latus BF . . . . . 85 32

Angulus CFB . . . . 6 8 30"

Latus BC . . . . . 8 34 54

Angulus DBA { . 44 49 30  
CBF }

Latus BD . . . . . 4 28

Angulus DAB . . . . 45 20 52

Latus DA . . . . . 4 25 33

Ascensio R. . . . . 19 21 $\frac{1}{2}$ Subt. . . . . 4 25 $\frac{1}{2}$ 

Intersectio . . . . . 14 56

Inclinatio . . . . . 45 21

## (Fig. 30.) Triangulum CFB.

Latus BF . . . . . 85° 32'

Latus FC . . . . . 67 2

Angulus CFB . . . . 20 55 $\frac{1}{2}$ 

Latus BC . . . . . 27 24 14"

Angulus FCB . . . . 129 19 15

180

Angulus ECA . . . . 50 40 45

## Triangulum ECA R.

Latus EC . . . . . 22° 58'

Angulus ECB . . . . 50 40 $\frac{3}{4}$ Angulus CAB . . . . 44 34 $\frac{3}{4}$  Inclin. Cometae  
circuli ad aequat.Latus EA . . . . . 25 28 25" Diff. loci inter-  
sectionis a posteriore ascensione recta subtrahenda.

Ergo Angulus inclin. ad aequat. 44° 35'

• Locus intersectionis . . . . . 14 49

D. H. Ascens. R. Declin. B.

Novembr. 5	11 $\frac{1}{4}$	39° 33'	22° 28'
Octobr. 22	11 $\frac{1}{2}$	25 30	10 31

Angulus CFB . . . . . 14° 3'

Latus CF . . . . . 67 32

Constat hoc loco et superius quoque, angulum inclinationis viae Cometae ad aequatorem etiam fuisse mutabilem, quare per differentiam ascensionis rectae a loco intersectionis  $14^{\circ} 55'$  Aequatoris posito et declinationem datam Inclinationem viae Cometae singulis observationum diebus ad aequatorem inventimus, ut sequitur.

(Fig. 28.)

	D.	H. M.	Asc. R. B.	Declin. B. BC.	Dist. ab inters. BA.	Mot. Com. in suo duc. CA.	Inclin. ad aeq. CAB.
Octobris	18	11 10	19° 21 $\frac{1}{2}'$	4° 30'	4° 26 $\frac{1}{2}'$	6° 19 $\frac{1}{6}'$	45° 27 $\frac{2}{3}'$
	20	11 30	22 32	7 39	7 37	10 46 $\frac{3}{4}$	45 22 $\frac{5}{8}$
	22	11 30	25 30	10 31	10 35	14 52 $\frac{2}{3}$	45 18 $\frac{1}{8}$
Novembbris	4	10 30	38 45	21 53 $\frac{1}{2}$	23 50	31 55 $\frac{1}{3}$	44 50 $\frac{1}{2}$
	5	11 15	39 33	22 28	24 38	32 52	44 46 $\frac{1}{2}$
	6	11 40	40 17	22 58	25 22	33 42	44 41 $\frac{1}{3}$
	7	8 15	40 52 $\frac{1}{2}$	23 21	25 57 $\frac{1}{2}$	34 21 $\frac{5}{6}$	44 36 $\frac{1}{4}$
	9	9 30	42 10 $\frac{1}{2}$	24 10 $\frac{1}{2}$	27 15 $\frac{1}{2}$	35 48 $\frac{1}{2}$	44 25 $\frac{1}{2}$
	12	9 20	43 50 $\frac{1}{2}$	25 15	28 55 $\frac{1}{2}$	37 39 $\frac{3}{4}$	44 16 $\frac{2}{3}$

Cognito motu diurno Cometae proportionaliter, ad singulos suaे apparitionis dies, motum ipsius in proprio ductu ab intersectione in aequatore perquisivimus. Deinde ex angulo inclinationis viae Cometae ad aequatorem, etiam proportionaliter ad singulos dies accepto, Ascensio recta et Declinatio Cometae juxta subjectam demonstrationem sunt inventae. Atque Ephemeridem a media nocte diei 18 Octobris usque in 15 Novembbris construximus.

(Fig. 31.) In hoc triangulo, rectangulo in E, notum est, Latus FG motus Cometae in suo ductu et angulus FGE inclinatio ad aequatorem. Datur ergo per 27 quarti Regiomontani FE Declinatio Cometae et per 25 ejusdem GE distantia ab intersectione in aequatore: ideoque ascens. recta et declinatio etiam ad singulos dies cognita.

Dies	Motus in suo ductu.	Inclin. ad aequat.	Asc. R.	Declin. B.	Inclin. ad Ecliptic.	Longitudo.	Latitudo.
Octobris 18	6° 24'	45° 28'	19° 25'	4° 33'	23° 17'	19° 38' 00	3° 24' $\frac{1}{2}$ M.
19	8 42	45 26	21 3	6 11	23 7	21 45 $\frac{1}{2}$	2 30
20	10 53	45 23	22 36	7 43	22 57	23 46	1 39
21	12 58	45 21	24 7	9 11	22 54	25 41	0 50
22	14 56	45 18	25 32	10 33	22 52	27 29 $\frac{1}{2}$	0 3
23	16 49	45 16	26 55	11 50	22 50	29 13	0 38 $\frac{1}{2}$ B.
24	18 33	45 14	28 13	13 2	22 47	0 49 $\frac{1}{2}$ 8	1 19 $\frac{1}{4}$
25	20 10	45 12	29 26	14 9	22 45	2 20	1 57
26	21 40	45 10	30 35	15 11	22 43	3 44	2 32
27	23 4	45 8	31 40	16 8	22 40	5 2	3 4 $\frac{1}{2}$
28	24 24	45 6	32 40	17 1	22 38	6 14	3 34
29	25 40	45 4	33 38	17 51	22 36	7 24	4 2
30	26 52	45 2	34 35	18 38	22 34	8 31	4 29
31	28 0	45 0	35 30	19 23	22 31	9 34 $\frac{1}{2}$	4 55 $\frac{1}{4}$

Dies	Motus Com. in suo ductu.	Inclin. ad aequat.	Asc. R.	Declin. B.	Inclin. ad Ecliptic.	Longit. 8.	Latit. B.
Novembris	1	29° 5'	44° 58'	36° 23'	20° 5'	22° 29'	10° 35'
	2	30 6	44 55	37 14	20 44	22 27	11 34
	3	31 4	44 53	38 2	21 21	22 25	12 28
	4	31 59	44 50	38 50	21 56	22 21	13 21
	5	32 52	44 46	39 35	22 29	22 16	14 11
	6	33 42	44 41	40 17	22 59	22 8	14 58 $\frac{1}{4}$
	7	34 28	44 36	40 58	23 26	22 0	15 43
	8	35 12	44 31	41 37	23 50	21 53	16 24
	9	35 52	44 26	42 13	24 13	21 45	17 3
	10	36 30	44 22	42 48	24 35	21 41	17 40
	11	37 6	44 19	43 21	24 56	21 37	18 15
	12	37 42	44 17	43 53	25 16	21 34	18 49
	13	38 16	44 13	44 24	25 36	21 31	19 22
	14	38 49	44 12	44 54	25 55	21 28	19 53
	15	39 21	44 10	45 23	26 13	21 25	20 24

Pro loco Cometae ad trinas vel binas horas in singulis diebus, quibus observabatur.

Dies	H. M.	Ascensio R.	Declin. B.	Longit.	Latit.
Octobris	18	10 15	19° 19'	4° 25'	19° 29 $\frac{1}{2}$ ' $\varphi$
	12 46	19 29	4 34	19 42	3 25
	13 30	19 32	4 36 $\frac{1}{2}$	19 45 $\frac{2}{3}$	3 24
	20	12 13	22 35	7 43	23 44 $\frac{2}{3}$
	13 15	22 40	7 48	23 51	1 36
	22	10 5	25 24 $\frac{1}{2}$	10 27 $\frac{1}{3}$	0 6 $\frac{5}{6}$
	13 15	25 32	10 36	27 30 $\frac{1}{4}$	0 1 $\frac{1}{6}$
	16 10	25 42	10 44	27 42 $\frac{1}{4}$	0 3 B.
Novembris	4	7 5	38 42	21 51	13 12 $\frac{2}{3}$ 8
	10 33	38 45	21 53 $\frac{1}{2}$	13 16 $\frac{1}{3}$	6 19 $\frac{1}{2}$
	5	7 50	39 28	22 24	14 4
	11 31	39 34	22 28	14 10 $\frac{1}{2}$	6 38
	13 30	39 38 $\frac{2}{3}$	22 29 $\frac{1}{2}$	14 14 $\frac{2}{3}$	6 38 $\frac{1}{2}$
	6	8 5	40 9	22 52	14 49
	11 42	40 17	22 58	14 58	6 54 $\frac{1}{2}$
	14 55	40 21 $\frac{1}{4}$	23 4	15 3 $\frac{1}{4}$	6 59
	7	7 20	40 51	23 19	15 34 $\frac{1}{2}$
	8 14	40 52 $\frac{1}{2}$	23 21	15 36 $\frac{1}{3}$	7 6 $\frac{1}{2}$
	9	8 10	42 7	24 9	16 56 $\frac{1}{3}$
	9 29	42 10 $\frac{1}{2}$	24 10 $\frac{1}{2}$	16 59 $\frac{3}{4}$	7 32 $\frac{1}{4}$
12	8 47	43 48 $\frac{1}{4}$	25 14 $\frac{1}{2}$	18 44 $\frac{1}{3}$	8 7
	9 20	43 50 $\frac{1}{2}$	25 15	18 46 $\frac{1}{2}$	8 7

In Germania observavit Christophorus Rothmannus hunc Cometam.

D. 8 Octob. in 23 15  $\frac{3}{4}$  lat.  $14^{\circ} 0'$  Merid.

D. 9 Octob. in 25 50  $\frac{3}{4}$  lat.  $13^{\circ} 6'$  Merid.

Pro angulo inclinationis viae Cometae ad Eclipticam ex hac observatione:

(Fig. 28.) Sit AC portio Eclipticae,  
BA portio viae Cometae,  
A locus intersectionis ex nostra  
observatione in  $27^{\circ} 38' \text{ ap.}$

### Die 8 Octobris.

Latus AC . . .  $34^{\circ} 23'$  Dist. ab intersectione.

Latus BC . . .  $14^{\circ} 0'$  Latit. Comet. M.

Latus BA . . .  $36^{\circ} 47\frac{5}{8}$  Motus Com. in suo ductu.

Angulus BAC  $23^{\circ} 49\frac{1}{2}'$  Inclinatio ad Eclipticam.

### Die 9 Octobris.

Latus AC . . . . .  $31^{\circ} 48'$

Latus BC . . . . .  $13^{\circ} 6'$

Latus BA . . . . .  $34^{\circ} 7\frac{3}{4}'$

Angulus BAC . . . . .  $23^{\circ} 49\frac{1}{2}'$  Inclin. quaesita.

Eodem die 9 accepta latit.  $13^{\circ} 5'$  M.

Sit BA . . . . .  $34^{\circ} 7\frac{1}{2}'$

Et BAC . . . . .  $23^{\circ} 47\frac{5}{8}'$

[Hic Tycho subjungit: *Licet in tomo tertio de hoc Cometa anni 1585, cuius principaliter in literis antecedentibus fit mentio, ex professo et luculenter tractarim, tamen et hic, quae Illustrissimo Principi Landgratio de eodem communicavi, subjungere lubet, quae erant ejuscemodi]* ]

## Observationes Cometae Anni 1585

Uraniburgi in Dania habitae a Tychone Brahe.

Praecedente anno, qui fuit a nato Christo 1585, die 18 Octobris, cum post diuturnas inde fere ab initio ejusdem mensis obscuritates, et pluviosum tempestuosumque aëris statum, exoptata serenitas restituta esset, volens consueto more, una cum meis Astronomiae studiosis, stellarum apparentiis per Instrumenta demetiendis invigilare, animadverti ex improviso stellam quandam asciticiam, obscuro, raro et nebuloso lumine praeditam, prope linum australioris Piscis, quae tota sua forma nebuloso gyro,  $\approx$  quem praesepe vocant, quam simillima erat, nisi quod ab initio circa hunc et aliquot sequentes dies hoc ipso gyro aliquanto major videbatur; adeo ut si ipsas extremitates accuratius quis intueretur, Jovis stellam apparenti magnitudine quam proxime adaequaret, licet ob luminis obtusi tenebricosum aspectum nequaquam adeo perspicue ut planetae vel fixa sidera mundo coeva oculis sese ingereret. Fuit autem in media sui corporis parte compactiori lumine praedita, circa extremitates vero rarior et disparentior. Circumquaque etiam plane rotunda extitit, nec ullam caudam aut barbam in unam magis quam aliam partem protendebat, nisi quod die 20 et 22 exile quoddam vestigium cujusdam tenelli radioli, vix spithame longitudine quoad visum, versus occasum extendere acutissime diuque intuentibus putaretur. Neque quicquam ejuscemodi in ea alias per totam durationem contueri licuit. Successive autem imminebatur, ita ut circa 4 Novembbris aliquantulum minor praedicto nebuloso gyro  $\approx$  fuerit, cui adhuc colore et forma apprime congruebat. Deinde paulatim adhuc minor facta, circa medium Novembbris prorsus disparuit.

Prima nocte, qua eum observavimus, a Saturno, qui tunc juxta stellulas in lino  $\frac{3}{4}$  retrocedebat, non longe removebatur, quem jam erat aliquanto plus quinis gradibus versus ortum praetergressus. Transivit deinde totam Arietis constellationem, Taurique dorsum versus septentrionem superavit, ubi

non longe a Pleiadibus (quas licet latitudine borea excederet, longitudine tamen non est assequutus) conspici desiit. Quae vero in hujus peregrinae stellae situ et promotione singulis noctibus, quibus per serenitatis opportunitatem aspectabilis erat, toto durationis tempore deprehendi, quia nimis longum foret omnia hic recensere, e multiplicibus, quas habui observationibus, praecipuas quasdam ad certas horas selegi, quas in subjecta tabella, ut uno intuitu commodius oculis pateant, subjiciam; ubi animadvertisendum est, diebus, qui desiderantur, coelum fuisse hic nubibus obductum, quae siderum aspectum intercludebant, velut (ut de caeteris taceam) inter noctem, quae sequebatur 22 diem Octobris, usque in 4 Novembris, per integros 13 dies, nulla constans serenitas offerebatur, et si quae momentanea inter recurrentes nubes interdum extitit, a Lunaribus radiis nihilominus adeo obfuscabatur haec crinita stella, per se alias admodum tenuiter apprens, ut nullis Instrumentis toto hoc tempore observatione patuerit, utut absque intermissione diligenter coelum, tum ob aliarum stellarum dispositionem accurate denotandam, tum praesertim ob hoc ipsum asciticum phaenomenon, quod non ita diu duraturum praesciebam, plenius et sufficienter contemplandum aspicerim. Licet vero non continua affulserit serenitas, tamen ex his ipsis, quibus apparuit, defaecatis noctibus, intermedii motus, qui desiderantur, facile resarciri atque compleri poterunt. Nunc observationum summatim comprehensos numeros ob oculos ponam.

Selectae quaedam observationes ad diversa tempora, interea dum nobis apparebat hic  
Cometa, caelitus diligenter acceptae.

	D.	H.	M.	Ascensio R.	Declinatio.	Longitudo.	Latitudo.
Octobris	18	10	15	19° 19'	4° 25'B	19° 29½'ø	3° 29¾' M
		12	43	19 29	4 34	19 42½	3 25
		13	30	19 32	4 36½	19 45½	3 24
	20	12	16	22 35	7 43	23 45	1 39
		13	15	22 40	7 48	23 51	1 36
	22	10	6	25 24½	10 27½	27 20	0 7
		13	15	25 32	10 36	27 30½	0 1½
		16	10	25 42	10 44	27 42½	0 3 S
Novembris	4	7	5	38 42	21 51	13 12½ 8	6 18¼
		10	35	38 45	21 53½	13 16½	6 19½
		7	50	39 28	22 24	14 3½	6 36½
	5	11	31	39 34	22 28	14 10½	6 38
		13	30	39 38½	22 29½	14 14½	6 38½
	6	6	5	40 9	22 52	14 49	6 51
		11	42	40 17	22 58	14 58	6 54½
		14	55	40 21½	23 4	15 3½	6 59
7	7	7	19	40 51	23 19	15 34½	7 4½
		8	16	40 52½	23 21	15 36½	7 6½
	9	8	11	42 7	24 9	16 56½	7 31½
		9	30	42 10½	24 10½	17 0	7 32
	12	8	48	43 48½	25 14½	18 44½	8 7
		9	20	43 50½	25 15	18 46½	8 7

Has Ascensiones rectas et Declinationes perquisivi, partim magno quodam et solide elaborato Armillarum aequatoriarum Instrumento, quod senos cubitos in diametro complectitur, partim vero beneficio sextantis quadricubitalis per exactas distantias una diligenter comprobavi. Stellarum autem fixarum loca, quibus in hac pragmatia usus sum, et jamdudum antea et hoc eodem tempore exacte verificata adhibui, ut in his observationibus ne minimus, qui in sensu incurrere possit, error lateat. Longitudines vero et Latitudines hae per Ascensiones rectas et declinationes e triangulorum sphaericorum fontibus derivatae sunt. Ipsa insuper temporum assignata momenta, non saltem per bina horologia, horarum minimas portiunculas correcte indicantia, sed simul etiam aequatoriis quarundam stellarum a Meridiano distantiis examinata sunt. Si autem hic Cometae motus geometrice per triangulos examinatur, apparet, eum suo proprio ductu descriptsse arcum circuli revera maximi, qui tamen ad Aequatorem et Eclipticam, aliquanto variabilem inclinationem successive admiserit, quique Aequatorem in  $14^{\circ} 55'$  ab intersectione verna, Eclipticam vero in  $27^{\circ} 38' \frac{9}{10}$  pertransiverit. Mutatio autem (de qua dixi) ea lege fiebat, ut circa medianam noctem sequentem meridiem diei 18 fuerit angulus declinationis ad Aequatorem gr.  $45$  cum semis. fere, ad Eclipticam vero  $23$  gr.  $17$  min., qui pedetentim diminuebatur, ita ut die 4 Novemb. fuerit ad Aequatorem  $44$  gr.  $50$  min., inclinatio ad Eclipticam  $22$  gr.  $21$  min. et in fine apparitionis, die 12, inventa est eadem respectu Aequatoris  $44$  gr.  $16$  min., Eclipticae vero  $21$  gr.  $34$  min. Atque hoc modo etiam in intermediis spatiis portionis circuli Cometae ad Aequatorem et Eclipticam obliquatio regulari imminutione paulatim decrescebat. Motus etiam diurnus ipsi proprius in hoc ductu ab initio paulo major extitit, ita ut a die 18 in 19 circa primam a nobis factam observationem fuerit  $2^{\circ} 18'$ , qui sequentibus diebus successive tardior fiebat, ita ut a 4 in 5 Novemb.  $53\frac{1}{2}$  min. a 12 vero in 13 ejusdem 34 saltem scrupulis processerit. Atque hanc cursus inhibitionem ordinarie et proportionabiliter servabat, ut vel ex hoc generali Cometae ductu, tum ratione inclinationis arcus circuli maximi, quem suo motu designavit, tum etiam incessus proprii invicem collati, satis comprobari queat, eum nequaquam elementaris regionis, tanquam igneum quoddam in hac generatum meteoron, suis participem, velut Aristotelici, omnibus Cometis id commune esse, suis quibusdam subtilitatibus nulla experientia aut demonstratione geometrica stabilitatis confirmare nituntur. Qui enim fieri poterat, ut Cometa tanto tempore in toto suo cursu, tam regularem et proportionalem motus analogiam servasset, si in suprema regione aëris, more meteororum, instabilitati multiformi obnoxius fuisset?

Multo autem evidentius e collatione diversorum locorum, quae per aliquot horarum intervallum eodem die exacte obtinuit, eum in altissimo aethere cursum suum absolvisse convincitur. Quod ut certius innotescat, e praescriptis observationibus quasdam sub incudem revocabo.

Die 18 Octobris horis a meridie elapsis 10 scr. 15, inventa est Ascensio recta Cometae  $19^{\circ} 19'$  et declinatio  $4^{\circ} 25'$  septent. Deinde H. 13 M. 30 fuit eadem Ascensio  $19^{\circ} 32'$ , et declinatio  $4^{\circ} 36\frac{1}{2}'$  etiam bor. Ex his (siquidem per complementa declinationum dantur in triangulo sphaericо bina latera, et per differentiam utriusque Ascensionis rectae angulus comprehensus) colligitur motus in suo proprio ductu, intervallo  $3\frac{1}{4}$  horarum,  $17\frac{1}{2}$  minutorum, cui si conferatur motus diurnus, inventus a certo aliquo situ, donec post unam primi mobilis revolutionem in consimilem revertatur, (nam parallaxis, si qua esset, nullam a motu vero differentiam hoc modo insinuat) invenitur is, habita ratione subsequentibus duabus diebus factarum observationum, P. 2 scrup. 18. Quare secundum hunc diurnum motum debuit Cometa praedicto temporis intervallo in suo proprio ductu vere promotus fuisse scrup.  $18\frac{2}{3}$ , deficiente in motu per observationem apparente non multo plus unico minuto, quo saltem parallaxis cursum verum anticipavit; cum tamen in tam diverso situ, si vel in ipsa proxima concavitate

orbis Lunaris extitisset (licet hanc cum Copernico longe ultra Ptolemaicam ratiocinationem removeri statuamus semidiametris Terrae 52 M. 17), parallaxin in motu proprio induxisset 27 scrupulorum primorum, veluti per triangulorum rationes totam rem examinando adinveni. Differentia itaque extitisset ab observatione ipsa scrup. fere 26, quae sane vel per exiguo instrumento animadverti potuisset, si Cometa non altius, quam concavitas Lunaris sphaerae postulat, remotus extitisset.

Pari ratione die 22 Octobris ex Ascensione recta, quae fuit H. 13 M. 15, part. 25 min. 32, et declinatione 10 gr. 36 minut. bor., usque in H. 16 min. 10, quando Ascensio recta inventa est 25 gr. 42 min. et declinatio 10 gr. 44 min., intervallo horarum part. 2 min. 55, indagatur, Cometam in suo arcu proprio processisse  $12\frac{3}{4}$  min.; cum ratione motus diurni, qui erat 1 gr. 53 min. debuissest interea absolvisse  $13\frac{5}{6}$  minuta, ideoque et hic motus apparens non multum ultra unicum scrupulum differt a motu vero, longe majori, si prope Lunarem sphaeram extitisset hic Cometa, incidente diversitate. Idem ulterius per observationes mense Novembri factas comprobatur; nam die ejusdem mensis 5 Hor. 7 minut. 50 P. M. deprehensa est Ascensio recta Cometae  $39^{\circ} 28'$ , et declinatio  $22^{\circ} 24'$  borea. Hora vero 13 min. 30 fuit eadem Ascensio part. 39 min.  $38\frac{2}{3}$ , et declinatio part. 22 min.  $29\frac{1}{2}$  borea: Quapropter spatio 5 horarum 40 minutorum invenitur in proprio ductu absolvisse  $11\frac{1}{2}$  min.; cum respectu motus diurni (qui collatione sequentis diei fuit 50 min.) debuissest interea confidere  $11\frac{5}{6}$ , deficiente saltem in observatione dimidio scrupulo a motu vero, ideoque parallaxis pene insensibilis evadit. At si praesupponamus, Cometam in proxima parte Lunaris orbis extitisse, parallaxin in motu proprio per triangulorum supputationem obtinuissest  $47\frac{2}{3}$  min., quod plus tribus quartis unius gradus ab observatione abundat, tamque evidens diversitas inter motum verum et apparentem, si ea revera extitisset, nullatenus latere potuit; quod majori adhuc discriminé die 6 proxime sequente confirmatur. Cum enim Hora 6 min. 5 fuissest Ascensio recta  $40^{\circ} 9'$ , et declinatio  $22^{\circ} 52'$ , eadem Ascensio recta, Hor. 14 min. 55, inventa est gr. 40 min.  $21\frac{1}{4}$ , et declinatio part. 23 min. 4. Quare intervallo horarum 8 minut. 50, motus Cometae apparens in suo ductu  $16\frac{1}{2}$  minutorum deprehenditur, qui juxta motum diurnum (qualis ab hoc die in sequentem inter consimiles Cometae positus 46 minut. observabatur) minutorum 16 secundorum 56 esse debuit, ita ut non plene dimidii scrupuli ratione parallaxeos in motu apparenti a vero fuerit defectus. At longe major varietas necessario procrearetur, in tam dissimili Cometae situ et tanto temporis intervallo, si in proxima concavitate Lunaris regionis cursum absolvisset. Illic enim per sphaericorum triangulorum demonstrationes in numeros resolutas, parallaxin incidere integri gradus et scrupuli unius, manifestum evadit.

Haec vero adeo insignis in motu apparenti diversitas vel solo intuitu ad vicinas fixas deprehendi potuisset, nedum ut instrumentis, quae scrupulorum primorum aliquot partes sua magnitudine exhibent, non dignosceretur. Ne vero quis suspectur per refractionis impedimenta evenisse, ut Cometa hic apparentem motum adeo conformatum vero et diurno cursui proportionali promotione servarit, selegimus eum potissimum situm, in quo tam alte supra horizontem elevaretur, ut nulla sensibilis refractio rei inquisitiae certitudinem labefactare posset. Nam die 18 Octobris in priori observatione fuit Altitudo Cometae  $37\frac{1}{2}$  part., in altera  $31\frac{1}{6}$  grad. Die 5 Novembris fuit primo tempore elevatio supra horizontem  $39\frac{2}{3}$  grad., sequenti  $48\frac{1}{3}$  grad. Die 6 in prima observatione erat Altitudo 26 part., in altera 38 gr. In his vero tantis sublimitatibus haud potuit radiorum refractio ullam fallaciam in parallaxibus rite enucleandis insinuare.

Patet itaque ex his observationibus diligenter in hunc modum examinatis, Cometam hunc pene insensibilem admisisse parallaxin, quod reliquae observationes supra notatae, si pari trutina expendantur,

ita se habere astipulabuntur. Idem etiam ex distantia Cometae a Capella (versus quam stellam cursum suum dirigebat) in diverso situ, praeterlapso aliquot horarum intervallo, scrupulose accepta, evidenter expertus sum; sive enim Cometa in declivi, sive in altiore circa Meridianum positu versabatur, non aliter removebatur a prae nominata stella, quam promotionis diurnae versus eandem ratio exigebat. Id quod nequaquam fieri potuisse, si non longe majori intercapidine quam Lunaris sphaera a Terris distisset. Quapropter non saltem in elementari regione infra Lunam (cum adhuc longe majorem illic aspectus diversitatem admisisset) hunc Cometam nullatenus extitisse, sed in altissimo aethere, aut supra ipsum Solem, aut certe non longe infra hunc generatum fuisse, parallaxeos exilitas, quae pene insensibilis erat, liquidissime demonstravit. In ipso autem aethere novas generationes aliquando procreari, non saltem ea, quae ad Cassiopeam ante 13 annos in octava sphaera immota plus integro anno constituit, recens nata stella, sed etiam tres alii Cometae interea nobis conspecti, qui longe supra Lunam in ipso aethere cursum suum absolvebant, sufficienter comprobarunt. Veluti nos (Deo conatus promovente), peculiari opere de his omnibus elaborato, evidentissime per certas observationes et his fundatas demonstrationes brevi fidem faciemus.

Quandoquidem igitur Cometam hunc motum aethereum et ordinatum, qui ne per parallaxes quidem, veluti in Luna sit, intricatior redderetur, obtinuisse ex antecedentibus, citra omne dubium, manifestatur per eas, quas habere licuit, observationes, a primo die, quo nobis apparuit, usque ad 15 Novembris, circa quem conspici desiit, proportionali collatione facta universum ejus motum ad medium noctem singulorum intermediorum dierum adaptabimus, totiusque interea factae promotionis ephemeredem colophonis loco subjungemus. Licet enim singulis noctibus, ob aërem perpetuo, dum duravit, non defaecatum, hanc crinitam contueri minime licuerit (ut antea quoque monuimus), tamen ad eas etiam noctes, quibus non conspiciebatur, motum ejus proportionaliter adaptare, eundemque mediae nocti, utut tunc non semper animadversum, ubique conciliare non est difficile, id quod nunc praestabimus.

#### Diarius motus Cometae a 18 Octobris usque in 15 Novembris.

Dies	Motus in prop. duct.	Inclinatio ad aequat.	Ascensio Recta.	Declinatio Bor.	Inclinat. ad Eclip.	Longitudo.	Latitudo.
Octobris	18	6° 24'	45° 28'	19° 25'	4° 33'	23° 17'	19° 38' 90
	19	8 42	45 26	21 3	6 11	23 7	21 45½ 2
	20	10 53	45 23	22 36	7 43	22 57	23 46 1
	21	12 58	45 21	24 7	9 11	22 54	25 41 0
	22	14 56	45 18	25 32	10 33	22 52	27 29 0
	23	16 49	45 16	26 55	11 50	22 50	29 13 0
	24	18 33	45 14	28 13	13 2	22 47	0 49 8 1
	25	20 10	45 12	29 26	14 9	22 45	2 20 1
	26	21 40	45 10	30 35	15 11	22 43	3 44 2
	27	23 4	45 8	31 40	16 8	22 40	5 2 3
	28	24 24	45 6	32 40	17 1	22 38	6 14 3
	29	25 40	45 4	33 38	17 51	22 36	7 24 4
	30	26 52	45 2	34 35	18 38	22 34	8 31 4
	31	28 0	45 0	35 30	19 23	22 31	9 34½ 4

Dies	Motus in prop. duct.	Inclinatio ad aequat.	Ascensio Recta.	Declinatio B.	Inclinat. ad Eclip.	Longitudo.	Latitudo.
Novembris	1	29° 5'	44° 58'	36° 23'	20° 5'	22° 29'	10° 35'
	2	30 6	44 55	37 14	20 44	22 27	11 34
	3	31 4	44 53	38 2	21 21	22 25	12 28
	4	31 59	44 50	38 50	21 56	22 21	13 21
	5	32 52	44 46	39 35	22 29	22 16	14 11
	6	33 42	44 41	40 17	22 59	22 8	14 58
	7	34 28	44 36	40 58	23 26	22 0	15 43
	8	35 12	44 31	41 37	23 50	21 53	16 24
	9	35 52	44 26	42 13	24 13	21 45	17 3
	10	36 30	44 22	42 48	24 35	21 41	17 40
	11	37 6	44 19	43 21	24 56	21 37	18 15
	12	37 42	44 16	43 53	25 16	21 34	18 49
	13	38 16	44 13	44 24	25 36	21 31	19 22
	14	38 49	44 12	44 54	25 55	21 28	19 53
	15	39 21	44 10	45 23	26 13	21 25	20 24

**Explicatio hujus tabulae motum Cometae diarium complectentis.**

Haec Ephemeridialis tabula hujus Cometae continet 8 columnas, in quarum prima dierum singulorum numeri a 18 Octobris in 15 Novembris per totum videlicet tempus, quo hic visus est, collocantur; sciendum vero, quod Cometae motus, his diebus correspondentes, numerantur ad medium noctem, quae annotatos dies proxime sequebantur, idque in long. 37 part.

Secunda columna motum Cometae proprium in arcu proprii ductus ostendit, deducuntur autem ei numeri a loco intersectionis Cometae viae cum aequatore, qui fuit, ut supra dixi, in 14° 55' a concursu eclipticae et aequatoris vernalis.

Tertia habet inclinationem arcus Cometae ad aequatorem, sive (quod idem est) anguli quantitatem, quem singulis diebus portio circuli maximi, qua Cometa incessit cum aequatore in dicto intersectionis punto, efficit.

Quarta Ascensiones rectas Cometae indicat.

Quinta vero declinationes ubique boreas.

Sexta inclinationem ductus Cometae ad Eclipticam profert, contingentem in loco intersectionis supradicto utpote in 27 38 °. Ante vero hunc terminum fit inclinatio arcus Cometae austrina, veluti post universa borea.

Septima et octava series longitudinem et latitudinem ob oculos ponunt. Est autem latitudo australis usque in diem 22 Octobris circiter duis horis post sequentem medium noctem, quo tempore Cometa Eclipticam pertransiens australem latitudinem in borealem permutavit.

*Nota. Quod Cometa hic nullam sensibilem incurrentem caudam habuerit, in causa erat, quod in tanta distantia ultra sphærā Solarem a nobis remotus fuerit, unaque in Solis opposito; nam et distantia nimia efficiebat, ut lumen planetae remotissimi, qui ejus orbi erat vicinus, non appareret, siquidem lumen per refractionem corpus transiens rarius est lumine ipsius corporis, quod compactius ubique observatum est, sed de his latius cogita.*

## Observationes Cometae Anni 1590.<sup>1)</sup>

Die 23 Februarii.

H. circiter 7½ vespertina<sup>2)</sup> apparuit stella quaedam secundae quasi magnitudinis sursum versus Zenith directe attollens caudam obscuram et raram in longitudine quasi 4 vel quinque graduum; eratque in recta linea cum secunda φ et capite Andromedae, quam in hunc modum observavimus.

NB. Tempora assignata sunt correcta ad Aldeboram.

Tempus.	Dist. Com. a fixis.	Declinatio Cometae B.		Altitudo Cometae.	Azimuth Cometae.
		uno pinn.	altero pinn.		
H. M.	A Iucld. φ				
7 38½	15° 49½'	23° 44'			
7 56		23 49½	49		
8 5	15 43				
8 10		23 53⅔	53		
8 23		23 59	23° 58¼'		
		58½	58		
8 25	15 36¼				
8 29	15 35⁹₈				
8 30½		24 0		P. Quadr. min.	
				12° 0'	
	A cap. Androm.				
8 48½	14 45⁹₈	24 3½			
8 51				9 30	
	A Iucld. φ			Per Volub.	
8 53½	15° 31½'	24° 4¾'		9° 29'	60° 13'
8 59	15 24½	24 6¾			
	dubia			8 40	59 22
9 3	15 24	24 8		8 7½	58 42 <sup>3)</sup>

<sup>1)</sup> Observationes Cometarum annorum 1590 et 1596 duobus libris Tychonis tempore scriptis, altero in fol., altero in 4to, inveniuntur. Numeris autem utriusque libri manuscripti non semper inter se convenientibus, qui in libro in 4to afferuntur, quantum ab alteris abhorrent, in hac editione minoribus numeris infra illos appositi sunt.

<sup>2)</sup> Adscriptum in msc. in fol. a Tychone: *interea dum Veneris stellas circa maximam a Sole remotionem observandas intendimus.*

<sup>3)</sup> Adscriptum in ms. in fol.: NB. In his Azimuth desiderantur 12 minuta, eo quod indices Azimuthorum non recte monstrabant, quae addenda, sed hoc jam emendavi.

H. 8 10. Haec raptim observabantur inter nubes. Erat autem circa primam apparitionem altus quasi 20 gradus, et radios quosdam tenues ad longitudinem 5 vel 6 partium projecit directe versus Zenith. Caudae longitudine apparebat instar remotissimarum stellarum in Deltoto, quasi 7 graduum.

H. 8 29. Altitudo Cometae erat circa haec tempora quasi distantia Plejadum et Aldeborae. Cauda vergebatur praecise in clarum pedem Andromedae et habuit longitudinem instar distantiae ab hoc in lucidam Trianguli.

H. 8 30 $\frac{1}{2}$ . Fuit stella quaedam parva quartae vel paulo majoris magnitudinis ex stellis in ore piscis borei numero 25 in extremitate caudae Cometae, sed ejus extremitas paulo altius extendebatur quasi  $\frac{3}{4}$  unius gradus, quantum ad visum discernere licuit.

H. 8 51. Erat adhuc quasi in recta linea cum capite Andromedae et secunda  $\varpi$ , sed paululum superior, plus quam tota diametro. Magnitudo ejus instar stellarum primae magnitudinis, sed fuit pallido, subobscuro et raro lumine.

H. 9. Habuit quasi in diametro 3 minuta fere ad instar  $\gamma$ is major cane majore, sed id juxta horizontem, neque lumen ejus clarum et compactum, sed rarum, pallidum et subobscurum erat.

### Die 24 Februarii vesperi.

Horologium corrigebatur H. 6 24 $\frac{1}{3}$  per Aldeboram.

Tempus horologii.	Tempus emendatum.	Dist. Com. a fixis.	Declinatio Cometae.	Altitudo Cometae.
H. M.	H. M.	A lucid. $\varpi$		
6 52 $\frac{1}{2}$	6 52	11° 13 $\frac{1}{3}$ '		30° 40'
6 54 $\frac{1}{6}$	6 54		28° 1'	0
6 56 $\frac{1}{2}$	6 56	11 13 $\frac{1}{3}$	27 58 $\frac{1}{2}$	30 30
6 58 $\frac{5}{12}$	6 59 $\frac{1}{2}$	11 13 $\frac{1}{2}$	58	30 22
6 59 $\frac{1}{2}$	7 0		28 1	0
		A luc. clug. Androm.		
7 1 $\frac{1}{6}$	7 3 $\frac{1}{2}$	6 33		30 9
7 3 $\frac{1}{3}$	7 5		28 1	
7 5 $\frac{1}{3}$	7 7	6 33	0	29 30
7 6 $\frac{1}{3}$	7 8 $\frac{1}{3}$		28 1 $\frac{5}{8}$	0 $\frac{1}{8}$
		A luc. bas. triang.		
7 10 $\frac{1}{6}$	7 12	10 5 $\frac{1}{2}$	28 3 $\frac{1}{2}$	29 0
7 12 $\frac{1}{2}$	7 14 $\frac{1}{2}$	10 5 $\frac{1}{2}$	3 $\frac{1}{2}$	2 $\frac{1}{4}$
7 16 $\frac{5}{12}$	7 19 $\frac{1}{2}$	10 5	28 4	27 55
			3	

Pro corrigendo horologio.

H. M. S.  
7 31 0 Canis minor orient. 8° 47 $\frac{1}{2}$ '. Hinc tempus proveniens H. 7 M. 34 S. 44. Ergo horologium tardius movebatur 3' 44".

H. M. S.

7	34	40	Canis minor orient.	7° 53' 0"	Rect. tempus 7 <sup>h</sup> 38' 22", ergo tardius 3' 42".
8	15	0	Canis minor occident.	2 37 30	
8	18	0	Canis minor. occ. . .	3 23 0	

Fuit hoc vesperi Cometa in recta linea cum lucida in cingulo Andromedae et secunda φ, fere ita ut circiter dimidiā suae diametri partem iis inferior erat. Ducta linea a loco ejus hesterno, quem habuit in globo, per locum hodiernum videbatur quam proxime accedere ad lucidam basis Trianguli, quare ab hac lucida lateris Persei et capite Medusae imprimis observandus venit.

Cauda hoc vesperi circa horam 7 $\frac{1}{2}$  vergebatur versus claram in corpore Persei, ita tamen ut non praecise in hanc dirigeretur, sed versus alteram in ejusdem corpore, in lumbis tertiae magnitudinis aliquantulum declinaret, idque pro quarta parte distantiae utriusque. Longitudo autem caudae a capite protensa videbatur tantundem quasi, quantum lucida et borealior basis trianguli, ita ut extremus ejus finis, qui admodum tenuis erat, huic horizontaliter aequidistaret. Ergo igitur ejus longitudo quasi 10 grad., sed admodum tenuiter et obscure prorsus videbatur.

*Forma ejus erat subpallida et subobscura, magnitudo instar stellarum primae magnitudinis sed nebulae in aëre impediebat accuratam intuitionem.*

Pro horologio observabatur cor ♀ orient.

H.	M.	S.	
9	16	0	18° 32'
9	19	50	17 31 $\frac{1}{2}$
9	21	25	17 8

### Die 25 Februarii

vesperi.

Tempus horologii.	Tempus emendatum.	Dist. Com. a fixis.	Declinatio Cometae B.	Altitudo Cometae.
H. M. 6 54 $\frac{1}{2}$	H. M. 6 54 $\frac{2}{3}$ interea	A luc. Persel. 23° 31' fuit nubilum.	31° 28 $\frac{2}{3}'$ 28 dub.	38° 5
		Ab Aldeb.		
8 37 $\frac{3}{4}$	8 38 $\frac{1}{2}$	39 48	31 31 30	23 16
8 42	8 42 $\frac{1}{3}$	39 51	31 31 $\frac{3}{4}$ 30 $\frac{2}{3}$	22 44
8 45 $\frac{1}{4}$	8 45 $\frac{2}{3}$	39 50 $\frac{3}{4}$	31 35 $\frac{2}{3}$ 35	22 0
8 49	8 49 $\frac{1}{2}$	39 50 $\frac{3}{4}$	31 39 38	21 24

Tempus horologii.	Tempus emendatum.	Dist. Com. a fixis.	Declinatio Cometae.	Altitudo Cometae.
H. M.	H. M.	A luce Persel.		
8 57 $\frac{1}{4}$	8 57 $\frac{3}{4}$	22° 55'	31° 40 $\frac{1}{2}$ ' 39 $\frac{1}{2}$	20° 55'
8 59 $\frac{1}{4}$	8 59 $\frac{5}{6}$	22 55 $\frac{1}{4}$	31 41 40	20 50
9 2 $\frac{1}{2}$	9 3 $\frac{1}{12}$	22 54	31 40 $\frac{1}{2}$ 39 $\frac{1}{2}$	20 0
9 5 $\frac{1}{2}$	9 6 $\frac{1}{6}$	22 53	31 41 $\frac{1}{2}$ 40 $\frac{1}{2}$	19 50
9 9	9 9 $\frac{3}{4}$	22 51	31 41 40	19 30
9 12 $\frac{3}{4}$	9 13 $\frac{1}{2}$	22 51 $\frac{1}{4}$	31 42 41	18 53
9 17 $\frac{1}{2}$	9 18 $\frac{1}{4}$	22 49	31 43 42	18 23
9 24 $\frac{1}{2}$	9 25 $\frac{1}{6}$	22 46	31 44 $\frac{1}{4}$ 43 $\frac{1}{2}$	17 30

Non erat hoc vesperi totaliter serenum, sed per recurrentes nubes subinde observabatur Cometa, imo per aliquot horas interdum prorsus delituit, quemadmodum neque duobus antecedentibus vespertinis temporibus satis continua fuit serenitas, sed saltem per intervalla, neque ubique satis puro existente aere fiebant observationes; sunt tamen mediocres, neque a scopo petito, quantum pro ea commoditate experiri licuit, sensibiliter declinavit, praesertim si selectiores adhibeantur omniaque juste limitentur.

#### Pro horologio corrigendo.

NB. Horologium corrigebatur ad Aldeboram H. 6 $\frac{1}{2}$ .

H. M. S.	Canis minor occidentalis
8 34 20	7° 19'
8 36 15	7 40
9 54 0	27 15
9 54 50	27 25 $\frac{1}{2}$
9 58 0	28 15

Ex his potest verificari horologium, quod tamen per se hoc vesperi satis bene se habuit.

Locus Cometae hoc vesperi potest inquiri ab Aldeboram, adhibita declinatione, et videri, quo tendat.

Pro parallaxi autem inquirenda potest conferri distantia a clara Persei, versus quam proxime tendebat, cum iis, quae postea habebantur in altitudinibus minoribus; erit enim differentia altitudinum quasi 20 part., quia sensibiliter mutat parallaxin, si qua foret.

H. 8 54. Stabat in linea recta cum Aldeboram, et lucida cinguli Andromedae; ab altera parte decussatim cum insima in cuspide trianguli, et lucido Andromedae pede, quantum pro lineali discernere licuit; videbatur tamen ad oculum paulo inferior linea a pede Andromedae et angulo acuto trianguli, quamvis per regulam id non discernebatur.

Caudam porrigebat exacte, quoad per lineale videbatur, in alteram Persei, quae est juxta lumbos, a qua heri vesperi eam retorquebat in lucidam Persei per intercapedinem trium quartarum totius interstitii, sive unius quartae ab ipsa Persei lucida.

Caput apparuit circa H. 9 $\frac{1}{2}$  instar lucidae Capellae quam proxime in magnitudine, habuit itaque in diametro 3 minuta vel ad minimum 2 $\frac{1}{2}$ .

Die sequente pro horologio ad Solem.

○ a Merid. versus ortum. Rect. temp.

H.	M.	A. M.	G.	M.	H.	M.
9	17 $\frac{1}{2}$		40	30	9	18
9	19 $\frac{3}{4}$		40	0	9	20
9	26 $\frac{1}{2}$		38	13	9	27
9	30 $\frac{1}{2}$		37	17	9	30 $\frac{5}{6}$

Die 26 Februarii  
vesperi.

Tempus horologii.	Tempus emendatum.	Dist. Com. a cap. Medusae.	Declinatio Cometae		Altitudo.
			uno pinn.	altero pinn.	
H. M.	H. M.				
7 6 $\frac{5}{6}$	7 7	10° 59'	34° 4' 3		40° 20'
7 8 $\frac{1}{6}$	7 8 $\frac{1}{3}$	10 57			40 10
1) 7 9 $\frac{5}{6}$	7 10	10 53	34 6 inter nubes		39 20
7 13	7 13 $\frac{1}{4}$	10 52	34 6 5	34° 5 $\frac{3}{4}'$ 5 $\frac{1}{3}$	38 52
7 16 $\frac{1}{6}$	7 16 $\frac{1}{2}$	10 53 melior	34 7 6		38 34
7 20 $\frac{2}{3}$	7 21	10 50	34 6 $\frac{1}{2}$ 5 $\frac{1}{3}$	34 5 $\frac{5}{8}'$ 5	37 50
7 50 $\frac{2}{3}$	7 51		34 6 $\frac{5}{8}$ 6		34 13
7 53 $\frac{5}{6}$	7 54 $\frac{1}{6}$	10 44	34 7 6	34 6 $\frac{1}{2}$ 5 $\frac{1}{3}$	33 42
7 57	7 57 $\frac{1}{3}$	10 43 $\frac{1}{4}$	34 7 $\frac{3}{4}$ 7	34 6 $\frac{1}{2}$ 6 $\frac{1}{3}$	33 20
8 1 $\frac{1}{2}$	8 2	10 41 $\frac{2}{3}$	34 8 $\frac{3}{4}$ 8	34 9 $\frac{1}{6}$ 8 $\frac{1}{3}$	33 10
8 5	8 5 $\frac{1}{2}$	10 40 $\frac{2}{3}$	34 9 $\frac{3}{4}$ 9	34 9	32 0
8 9 $\frac{2}{3}$	8 10 $\frac{1}{6}$	10 37 $\frac{1}{2}$ dubia	34 9 $\frac{5}{8}$ 9	utroque pin.	31 20
8 15 $\frac{1}{6}$	8 15 $\frac{2}{3}$		34 10 9		30 44
8 17 $\frac{2}{3}$	8 18 $\frac{1}{6}$	10 40	34 10 $\frac{1}{6}$ 9 $\frac{1}{3}$	34 10 9 $\frac{1}{3}$	30 30

1) Haec linea modo in manuscripto in folio.

## [Pro corrigendo horologio.

Hora 7 corrigebatur horologium.

H. M.

1) 32 $\frac{1}{2}$  Erat canis minor orient. 7° 22' $\frac{1}{2}$ 34 $\frac{1}{2}$  Canis minor or. . . . . 6 51] $\frac{1}{2}$ 

Cauda exacte tendebat in lucidam capitum Medusae, eratque in recta linea cum hac et lucida Trianguli. Longitudo caudae aequabat interstitium Cometae a clara in Triangulo.

Circa horam 8 fuit Cometes in linea recta per lineale cum pede lucido Andromedae et minutula in sede Cassiopeae, quae est 11a numero, ab altera parte cum lucida trianguli Deltotonis et capite Medusae, nisi quod parum quasi ad diametrum fuerit meridionalior Cometes hac ipsa linea posteriore.

Circa horam 8 $\frac{1}{2}$  effecit triangulum duorum aequalium laterum cum duabus in basi Deltotonis, ita ut directe quoad visum ab his versus Zenith tenderet, ducta linea a puncto illis intermedio. Distabat nihilominus paulo plus ab illis utrinque, quam est ambarum fixarum remotio, idque quoad visum collimando, si spatium Cometae a fixis utrinque in 7 divideretur partes, contineret distantia fixarum ad invicem 6, qualium BA aut CA latus est 7 (Fig. 32). Sit ergo in hac delineatione A Cometes, B minus lucida basis Trianguli, C lucida Trianguli.

Die 28 Februarii  
vesperi.

*Erat apprime serenum.*

NB. H. 4 M. 0 P. M. Horologium 4 M. celerius justo movebatur.

Tempus horologii.	Tempus emendatum.	Dist. Com. a dext. humero Erichtonii.	Declinatio Cometae		Altitudo Cometae.	Azimuth Cometae. <sup>3)</sup>
			uno pinn.	altero pinn.		
H. M.	H. M.					
7 9 $\frac{1}{2}$	7 2 $\frac{1}{2}$	33° 38'			47° 31'	89° 52' $\frac{1}{2}$
7 14	7 6 $\frac{1}{2}$	33 37				
7 18 $\frac{1}{2}$	7 11	33 36 $\frac{1}{4}$	37° 28' dubia 27		46 30	92 5
7 24 $\frac{1}{2}$	7 16 $\frac{2}{3}$	33 35	37 36 35	37° 35' 34	45 39 $\frac{1}{3}$	92 55
7 28	7 20	33 34 $\frac{1}{2}$	37 35 $\frac{1}{2}$ 34 $\frac{1}{2}$		45 5 $\frac{1}{2}$	93 26
7 33 $\frac{1}{2}$	7 25 $\frac{1}{6}$	33 33 $\frac{3}{4}$	37 36 $\frac{2}{3}$ 36	37 36 $\frac{5}{6}$ 36	44 25	94 19
7 38 $\frac{1}{2}$	7 30 $\frac{1}{2}$	33 34	37 36 $\frac{1}{2}$ 35 $\frac{1}{2}$	37 37 36	43 42	95 20

<sup>1)</sup> Numeri horarii abscissi sunt.<sup>2)</sup> Haec modo in ms. in fol.<sup>3)</sup> In ms. in 4to legitur: His Azimuthis non nimium fidendum.

Tempus horologii.	Tempus emendatum.	Dist. Com. a dext. humero Erichtonii.	Declinatio Cometae		Altitudo Cometae.	Azimuth Cometae.
			uno pinn.	altero pinn.		
H. M.	H. M.					
7 45	7 36 $\frac{5}{8}$	33° 32 $\frac{1}{2}'$	37° 37'	37° 36 $\frac{3}{4}'$	42° 45'	96° 35'
	37		36	36		
7 50	7 41 $\frac{3}{4}$	33 31 $\frac{1}{2}$	37 37 $\frac{1}{2}$	37 38	42 6	97 30
	42		37	36 $\frac{1}{2}$		
7 54 $\frac{1}{2}$	7 46 $\frac{1}{8}$	33 31 $\frac{1}{8}$	37 36 $\frac{5}{8}$	37 37 $\frac{1}{8}$	41 31	98 20
	46		36	36 $\frac{1}{2}$		
8 2 $\frac{1}{8}$	7 53 $\frac{2}{3}$	33 29 $\frac{5}{8}$	37 39 $\frac{1}{2}$	37 40	40 30 $\frac{1}{4}$	99 41
			38 $\frac{1}{2}$	39		
8 22 $\frac{1}{3}$	8 13 $\frac{1}{3}$	33 28	37 39	37 39 $\frac{1}{4}$	37 49	103 26
			38	38 $\frac{1}{4}$		
8 25 $\frac{1}{2}$	8 16	33 27 $\frac{1}{2}$	37 39 $\frac{2}{3}$		37 19 $\frac{1}{2}$	103 54
			39			
8 29	8 20	33 26 $\frac{1}{4}$	37 40		36 41 $\frac{2}{3}$	104 43 $\frac{1}{2}$
			39 $\frac{1}{4}$			
8 33 $\frac{1}{2}$	8 24	33 25	37 40	37 41	36 18 $\frac{1}{3}$	105 23
		dubia	39 $\frac{1}{2}$	40 $\frac{1}{3}$		

*Post hoc tempus coelum nubibus obvolvebatur, atque ulteriore observationem prohibebat. Verum mane sequente juxta horam 5 matutinam denuo attendebamus, videbaturque Cometa admodum tenuiter in septentrione horizontem non subiens, juxta caput Medusae, sed propter auroram observari non potuit, supervenientibus mox etiam nubibus.*

*Hora 7 $\frac{1}{2}$  fuit quam proximus stellae cuidam in crinibus capitis Medusae, vergenti ab hac versus boream quasi in parallelo horizontis.*

*Cauda propter Lunam adhuc videri non potuit.*

[Pro horologio corrigendo.

H. M. S.		
9 14 10	Erat cor & a meridie orient.	19° 24' H. 9 $\frac{1}{2}$ horolog.
9 16 25	Cor & a merid. . . . .	18 51 10 M. celerius
9 21 10	Cor & a merid. . . . .	17 46 justo movebatur.] <sup>1)</sup>

Die 28 Februarii pro loco dextri humeri Erichonii.

Distantia inter lucidam cathedrae et dextrum humerum Erichonii . . . . .	51° 35 $\frac{3}{4}'$
II . . . . .	51 36
Inter eundem humerum et inferius caput Geminorum . . . . .	26 59 $\frac{1}{2}$ bis
repetita dist. . . . .	26 59 $\frac{1}{4}$
Declinatio ejus observata per Armillas uno pinn. . . . .	44 49
	48
altero pinn. . . . .	44 48 $\frac{5}{8}$
	47 $\frac{1}{8}$

